

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.  
Fasciculus 52.  
Pagine 2034-2098.

In festo dedicationis ecclesie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXI.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1 2011.  
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.



¶ *In festo dedicationis ecclesie.*

*Duplex festum principale.*

*Ad j. vespervas.*

*Super psalmos feriales dicatur hec sola antiphona.*

AS:pl. p.; 1520:58v; 1531:215r.<sup>1</sup>


4065. Ant.  
VI.

**Q**uam me-tu-éndus \* est lo-cus iste, ve-re

non est hic á-li- ud ni-si domus De- i et por-ta ce-li.

In festo dedicationis ecclesie.

*In tempore paschali finiatur cum*



ce-li al-le-lú-ya. Amen.

*Capitulum. Apocalyps. xxj. (2.)*

[215v.]

**V**idi civitatem sanctam Hierusalem [novam] <sup>2</sup> descendentem | de celo, a Deo paratam sicut sponsam ornatum viro suo.

AS:pl. p; 1520:58v; 1531:215v.<sup>3</sup>




Resp.  
I.

7763.



Er- rí-bi-lis \* est lo-cus is- te, non est



hic á- li- ud ni- si domus De- i et porta ce- li.




†Ve- re é- te- nim Dómi- nus est in lo-



co is- to, et e- go nes- ci- é- bam.


*In tempore paschali.*



7763a.

Al-le- lú- ya.  $\text{X}^{\text{v}} \text{?}$  Cumque e- vi- gi- lás- set

In festo dedicationis ecclesie.



Ja- cob qua-si de gra-vi som- no :  
a- it. †Ve- re. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri  
et Fí- li- o : et Spi- rí-tu- i Sanc-  
to. †Ve- re.

HS:66v; AS:pl. q; 1520:59r; 1531:215v.<sup>4</sup>

8405. Hymn. II.



Rbs be-á-ta Hie-rú-sa-lem \* dicta pa-cis ví-si- o :  
Que constrú- i-tur in ce- lis vi-vis ex la-pí-di-bus :  
Et ánge-lis co-ro-ná-ta ut sponsá- ta có-mi-te.

In festo dedicationis ecclesie.

2. No-va vé-ni-ens e ce-lo nupti-á-li thá-lamo : Pre-pa-  
rá-ta ut sponsá-ta copu-lé-tur Dómi-no : Plá-te-e te  
mu-ri e-jus ex auro pu-ríssimo. 3. Porte ni-tent  
marga-rí-tas á-di-tis pa-ténti-bus : Et virtú-te me-ri-  
tó-rum il-luc introdú-ci-tur : Omnis qui pro Chris-ti  
nó-mi-ne hic in mundo pré-mi-tur. 4. Tuns-i-ó-ni-bus pres-  
sú-ris expo-lí-ti lá-pi-des : Su-is co-aptántur lo-cis  
per ma-nus ar-tí-fi-cis : Disponúntur permansú-ri

In festo dedicationis ecclesie.



sacris e-di- fí-ci- is. 5. Gló-ri- a et honor De-o  
 úsquequo Altíssimo : Una Pa-tri Fi-li-ó-que íncli-  
 to Pa-rácly-to : Cu- i laus est et po-téstas per e-térna  
 sé-cu-la. A-men.

℣. Domum tuam Dómino : decet sanctitúdo.

℟. In longitudinem diérum.

*In tempore paschali finiatur cum Allelúya.*

AS:pl. q.; 1520:59v; 1531:215v.<sup>5</sup>

4748.


Ant.  
I.i.



Ancti-fi-cá- vit \* Dómi-nus ta-berná-cu-lum su-um,




hec est domus Dómi-ni in qua invo-cé-tur nomen e-jus  
 de qua scriptum est, E-rit nomen me- um i-bi di-cit



Dómi-nus.

*In tempore paschali [finiatur hoc modo]<sup>6</sup>*



di-cit Dómi-nus al-le- lú-ya. *Ps. Magnificat. 53\**.

*Oratio.*

**D**eus qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis représéntas incó-

lumes : exáudi preces pópuli tui et presta, ut quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse letétur. Per Dóminum.

*Quotidie per octavas et in octava dicitur completorium per omnia sicut in festo Sancte Trinitatis quando per estatem hoc festum contigerit, vel ab octavis epiphannie usque ad xl. sive de octavis fit servitium sive de aliquo festo ix. lectionum.*

*Cum a circuncisione Domini usque ad octavas epyphannie vel a iiij. feria in capite jejunii usque ad quartam feriam ante pascha, vel ab octavis pasche usque ad vigiliam penthecostes, vel per adventum Domini hoc festum forte contigerit, completorium de temporalibus non mutatur, sed fiat more duplicis festi illius temporis.*

**¶** *Ad matutinas.*

AS:pl. r.; 1520:59v; 1531:215v.<sup>7</sup>

Invit.  
II.



1079.


I- li- e \* Sy- on cúrri-te, Assunt e- nim ce-lé-



In festo dedicationis ecclesie.



bri- a Ma- tris vestre so- lén- ni- a. †Ju- bi- lé- mus




í- gi- tur De- o nos- tro u- ná- nimes Qui si- bi e- am gra-



tú- i- ta E- lé- git cle- mén- ci- a.

*In tempore paschali finiatur cum*



Alle- lú- ya. Ps. Ve- ní- te. 7\*.

*Hymnus. Urbs beáta Hierúsalem. [ut supra].<sup>8</sup> 2036.*

¶ *In j. nocturno.*


AS:pl. r.; 1520:60r; 1531:215v.

1. Ant.  
III.iv.

5159.



Ol- li- te \* portas prínci- pes vestras et e- le- vámi- ni



porte e- terná- les.

*In tempore paschali.*

In festo dedicationis ecclesie.



les al-le-lú-ya. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiiij.*) [95].


AS:pl. r.; 1520:60r; 1531:215v.<sup>9</sup>

2. Ant.  
VII.i.




5415.

I-dit Ja-cob sca-lam súmmi-tas e-jus \* ce-los tan-




gé-bat : et descendéntes ánge-los et dix- it, Ve-re lo-cus



iste sanctus est.

*In tempore paschali.*



est al-le-lú-ya. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlvi.*) [207].


AS:pl. r.; 1520:60r; 1531:215v.<sup>10</sup>

3. Ant.  
VII.i.



2003.

Um e-vi-gi-lás-est \* Ja-cob de somno a- it :



Ve-re lo-cus iste sanctus est.

*In tempore paschali.*



est al-le-lú-ya. *Ps. Magnus Dóminus. (xlvij.) [209].*

℣. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo. 2038.

*Lectio prima. Augustini sermo 253. de tempore.*<sup>11</sup>

**Q**uotiescúnque fratres charíssimi altáris vel templi festivitátem cólimus, si fidéliter et diligénter atténdimus, et sancte ac juste vívimus : quicquid in templis manu factis ágitur totum in nobis spirituáli edificatióne complétur. Non enim mentítus est ille qui dixit, Templum Dei sanctum est : quod estis vos. Et íterum, Néscitis quia córpora vestra templum est Spiritussáncti ? Quibus méritis nisi per grátiam Dei, merúimus fieri templum Dei ? Quantum ergo pós-

sumus cum ipsíus adjutório labóremus, ne Deus noster in templo suo, hoc est in nobisípsis invéniat, quod óculos sue majestátis offéndat : sed habitáculum cordis nostri evacuétur víciis, et virtútibus repleátur, claudátur diábolo et aperiátur Christo. Ita ígitur fratres labóremus : ut nobis bonórum óperum clévis jánua regni celéstis aperíre póssimus. Sicut enim malis opéribus quasi quibúsdam seris ac véctibus vite nobis jánua cláuditur : ita absque dúbio bonis opéribus apéritur. Tu autem.

AS:pl. r.; 1520:60r; 1531:215v.<sup>12</sup>


1. Resp.

I.

6897.




N de-di-ca-ti-ó-ne \* templi de-can-tá-




bat pópu-lus lau-dem. †Et in o-re e-ó-rum dul-cis

In festo dedicationis ecclesie.



re- so- ná-bat so- nus.

*In tempore paschali.*



Al-le- lú- ya. ⁊. Obtú-lé-runt sacri-fí-ci- um



su-per al-tá-re Dómi- ni : et ce-ci-dé-runt in fá-ci-es



su- as : et a-do-ra- vé-runt De- um. †Et in o-re.

*Lectio secunda.*

[216r.] **E**T ideo fratres charíssimi unusquisque consideret consciéntiam suam, et quando se áliquo crimine vulnerátum esse cognóverit : prius oratióibus jejúniis vel elemósynis stúdeat mundáre consciéntiam suam : et sic eucharístiam presúmat accíperé. Si enim cognóscens<sup>13</sup> reátum suum ipse se a divíno altári subdúxerit : cito ad indulgéntiam divíne misericórdie pervéniet. Qui enim (sicut dixi) agnóscens reátum suum, ipse se ab altári eódem pro emendatióne vite remóvere volúerit : etérno illo et celésti convívio excommunicári

pénitus non timébit. Rogo vos fratres diligénter atténdite. Si ad mensam cujuscúnque poténtis hóminis nemo presúmit cum véstibus conscíssis et inquinátis accédere : quanto magis a convívio etérni regis, id est ab altári Dómini debet se unusquisque invídie vel ódii venéno percússus, iracúndie furóre replétus cum reveréntia et humilitáte subtráhere, propter illud quod scriptum est, Vade prius reconciliári fratri tuo, et tunc ófferes munus tuum. Et íterum, Amíce quómodo huc intrásti non habens vestem nuptiálem ? Hoc enim habet

textus Evangélice lectionis quod <sup>14</sup>  
quidam fecit nuptias filio suo : et  
intrávit ut videret simul recumbéntes.  
Videns autem hóminem non ha-  
béntem vestem nuptiálem : dixit mi-

nistris, Ligáte illi manus et pedes, et  
projícite eum in ténebras exterióres :  
ibi erit fletus et stridor déntium. Tu  
autem.

AS:pl. s.; 1520:60v; 1531:216r.<sup>15</sup>

2. Resp.

II.

6756.



Undá- ta est \* domus Dó-mi-ni su-per vér- ti-

cem mónti- um et ex-al-tá-ta est su-per omnes

col- les et vé-ni- ent ad e- am omnes gen- tes.


†Et di- cent gló-ri- a ti- bi Dómi- ne.

*In tempore paschali finiatur cum*<sup>16</sup>

6756a.

Al-le- lú- ya. *V.* Ve-ni- én- tes autem vé-ni- ent cum

ex-al-ta-ti- ó- ne : portántes ma-ní- pu- los su- os.



†Et di-cent.

*Lectio iij.*

**E**Cce qualem sententiam merébitur audire : qui ad convívium nuptiále id est ad altáre Dómini, aut ebríus, aut adúlter, aut ódium in corde rélines presúmit accédere. Avértat a nobis Deus fratres charíssimi mala sue voluntáti contrária, et concédát, ut ea aut nunquam vélimus admíttere, aut si admíssa fúerint, sine ulla mora peniténtia vel pace studeámus sanáre : et largióribus elemósynis festinémus abluere, ne forte si cum peccatórum vulnéribus

ante tribúnal etérni Júdicis venérimus, ab illa etérna ecclésia et ab illa celésti Hierúsalem, perpétua excommuni-catióne separémur. Hec ergo cogi-tántes fratres charíssimi, tam casti et tam sóbrii et tam pacífici ad istud altáre Deo auxiliánte studeámus accédere : ut ab illo etérno altári non mereámur exclúdi. Qui enim ad altáre istud casto córpore et munda consciéntia vénerit : ad illud altáre quod in celis est, felíci trans-migratióne pervéniet.

AS:pl. s.; 1520:60v; 1531:216r.<sup>17</sup>


3. Resp.  
IV.



Ane \* sur-gens Ja- cob e-ri-gé- bat lá-pi-




dem in tí- tu- lum fundens ó-le- um dé-su-per vo-tum



vo- vit Dó- mi- no. †Ve- re lo-cus is- te sanc-tus


7126.

In festo dedicationis ecclesie.




est et e- go nes-ci- é- bam.

*In tempore paschali finiatur cum*




7126c.

Alle-lú- ya al-le- lú- ya. ⁊. Vi-dit




Ja-cob sca-lam, súmmi-tas e-jus ce-los tangé- bat et des-



centéntes ánge- los et dix- it. †Ve- re lo-cus.



⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-



tu- i Sanc-to. †Ve- re lo-cus.

*Tamen in tempore paschali respondet chorus.*



Alle-lú- ya al-le- lú- ya.


**¶** *In ij. nocturno.*

AS: pl. s.; 1520:61r; 1531:216r.

3913. 4. Ant.  
VII.ii.



On est hic á-li-ud \* ni-si domus De- i et porta



ce-li.

[*In tempore paschali.*]<sup>18</sup>




ce-li al-le-lú-ya. *Ps.* Quam dilécta tabernácula. (*lxxxiiij.*) [267].

AS: pl. s.; 1520:61r; 1531:216r.

2665. 5. Ant.  
VII.i.



- réx-it Ja-cob \* lá-pi-dem in tí-tu-lum fundens



ó-le-um dé-su-per.

[*In tempore paschali.*]<sup>19</sup>




dé-su-per al-le-lú-ya. *Ps.* Benedixísti. (*lxxxiiij.*) [268].



AS: pl. s.; 1520:61r; 1531:216r.<sup>20</sup>


6. Ant.

IV.v.




2672.

- rit michi \* Dómi-nus in De-um : et la-pis iste



vo-cá-bi-tur Domus De- i.

[*In tempore paschali.*]<sup>21</sup>



De- i al-le-lú-ya. *Ps. Fundaménta. (lxxxvj.)* [270].

℣. Domus mea.

℟. Domus oratiónis vocábitur.

*Lectio quarta. Augustini sermo 253. de tempore.*<sup>22</sup>

**R**Ecte festa ecclésie colunt : qui se ecclésie filios esse cognóscunt. Hec enim ómnium credéntium mater est : que natos ad mortem regénerat ad salútem. Hec est post synagógam quidem vocáta : sed ante synagógam premíssa. Hec enim jam in primo hómine prefiguráta est. Nam sicut ex Ade látere fabricáta est Eva : ita ex Christi córpore et vúlneré redémpta crevit ecclésia. Hec intra archam dilúvio inundánte serváta : crucis beneficium et baptismátis mystérium presignávit. Hanc Sara sterílis et desperáta in senectúte único pignóre fecundáta précinit. Ecclésia

enim únicum id est dilectíssimum Deo pópulum : século jam senescénte progénuit. Hec est regína illa : de qua ad Dóminum dicitur, Astitit regína a dextris tuis in véstitu deauráto circumamícta varietáte : id est circúndata diversárum precíoso decóre virtútum. Hec est regína illa que venit<sup>23</sup> a pártibus Ethiópie, audíre sapiéntiam Salomónis. Sed hec non tam ex una regióne quam ex univérsis mundi pártibus reges parítúra convénit, sicut étiam Evangelísta commémorat, Regína austri venit a finibus terre : audíre sapiéntiam Salomónis. Venit ecclésia ad redemp-


tórem et eruditórem suum : ut de  
stultítia erroris doctrínam percíperet

veritátis.


AS: pl. s.; 1520:61v; 1531:216v.<sup>24</sup>

4. Resp.  
VIII.


6235.




**B** Ene-dic \* Dómi-ne domum istam quam e-di-fi-



cá-vi nómi-ni tu- o : ve-ni-énti-um in lo-cum




is- tum. †Ex-áu- di pre-ces in excél-so só- li- o




gló- ri- e tu- e.


[In tempore paschali.]<sup>25</sup>



Alle- lú- ya. ⁊. Dómi-ne si convérsus fú-e-rit



pó-pu-lus tu- us : et or-á-ve-rit ad sanctu-á- ri- um



tu- um. †Ex-áu- di.

6235d.


Lectio v.

**D**E qua plénius (sicut audívimus) Regum scribit hystória : ita dicens, Et ingressa regína Hierúsalem cum multo comitátu et divítiis : cum camélis portántibus arómata et aurum infinitum nimis, et gemmas preciósas, venit ad Salomónem : et locúta est ei univérsa que habébat in corde suo. Ergo in figúra regíne hujus ecclésia venit ex géntibus, et a finibus terras, impónens finem cupiditátibus vicísque terrénis, ut audíret sapiéntiam Salomónis : id est veri<sup>26</sup> pacífici Dómini nostri Jesu Christi qui fecit utrámque unum : solvens inimicítias inter Deum et hóminem in carne sua. Venit post véteres et prophánas superstitiónes audíre et díscere de fidei illuminatióne et júdicio futúro : de ánime immortalitate, de spe resurrectionis et glória. Venit ergo prefata regína in Hierúsalem cum

magno comitátu : id est non jam cum una tantum gente Judeórum sicut prius synagóga solos hábuit Hebréos, sed totíus mundi géntibus diversisque natió nibus. Venit ergo éxhibens múnera digna Christo, aurum et gemmas preciósas, et hoc camélis portántibus, id est ex gentíli pópulo veniéntibus : qui prius fúerant ex vicíorum feditate distórti, et malórum ónere curvi ac peccatórum pravitate defórmes. Cum his tanquam<sup>27</sup> munéribus regína hec ingréditur ad pacíficum regem Christum éxhibens fidei aurum : puritátis incénsa preciósá, splendorésque gemmárum morum, scílicet insígnia et ornámata virtútum. Et locúta est ei univérsa que habébat in corde suo, id est apérui ei cor suum : manifestávit ei occúlta consciéntie sue in confessione et penitúdine precedéntium delictórum. [Tu autem.]

AS:pl. t.; 1520:61v; 1531:216v.<sup>28</sup>

7286. 5. Resp. I.



quam \* me- tu-én-dus est lo-cus is- te :  
ve- re. †Non est hec á- li- ud ni-si do- mus De-

i et porta ce- li.  
 [In tempore paschali.]<sup>29</sup>

7286e. Al-le- lú- ya. ✠ Ma-ne surgens Ja- cob

vo-tum vo-vit Dómi- no et dix- it. †Non est.

*Lectio sexta.*

**I**deámus quid agat hec regína. Videns inquit <sup>30</sup> régina Saba omnem sapiéntiam Salomónis, et domum quam edificáverat et cibos mense ejus : et olocáusta que offerébat in domo Dómini : non habébat ultra spíritum. Quid erat ratiónis fratres ut prépotens regína domum expénsas et cibos régios tantóperé mirarétur ? Ergo hoc in loco áliqua majóra nos opórtet inquirere. Vidit ergo ecclésia ex géntibus congregáta sapiéntiam Christi, id est post carnália institúta gentílium, post húmilem et animálem doctrínam philosophórum, accépit intelléctum salútis et vite : inspéxit spirituálium mirábilia bonórum, agnóvit verum celi ac terre fabricatórem,


et potentíssimum humáni géneris conditórem. Vidit et domum quam edificáverat, id est incarnatióem hóminis assúmpti : in quo hábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter. Vidit et cibos Salomónis : id est illos de quibus dicébat, Meus cibus est : ut fáciam voluntátem ejus qui misit me Patris. Cibus enim Christi : est salus nostra. Reficitur celéstibus épulis : proféctibus nostris. Cibus ejus sumus : dum acquisiti ecclésie in membra ejus corpúsque transímus. Dum ergo pervénerit <sup>31</sup> hec regína sive ecclésia in etérnam Hierúsalem, id est visiónem pacis, et ingrèssa fúerit beátam réquiem, et glóriam celéstium promissórum : multo plura et magnificentióra perspíciét, quam ei sunt in

hac terra per sacra elóquia, per prophétas atque apóstolos nunciáta. Tunc inter stupéndas remuneratóris sui constitúta divítias : habébit de


perceptióne fructum, non habébit de satietáte fastídium. Ad que nos bona perdúcat : qui vivit et regnat in sécula seculórum amen. Tu autem.

AS:pl. t.; 1520:62r; 1531:216v.<sup>32</sup>


6182. 6. Resp. IV.



**E**-á- ti \* qui há-bi-tant in domo tu-a Dó-




mi- ne. †In sé-cu-la se-cu-ló- rum laudá-




bunt te.

[In tempore paschali.]<sup>33</sup>


6182z.



Alle-lú- ya al-le- lú- ya. ⚭ Non pri-va-




bis bo-nis e-os qui ámbu-lant in inno-cénci-a, Dó-



mi-ne virtú- tum be-á-ti omnes qui spe-rant in te.

In festo dedicationis ecclesie.



†In sé-cu-la.

[V.] Glória. 94\*. †In sécula.

**¶** *In iij. nocturno.*

AS:pl. t.; 1520:62r; 1531:216v.<sup>34</sup>

7. Ant.  
VIII.i.




Ui há-bi-tat \* in adju-tó-ri-o al-tíssimi : in pro-tec-

4474.



ti-óne De-i ce-li commo-rá-bi-tur.

[In tempore paschali.]<sup>35</sup>



tur al-le-lú-ya. *Ps. Ipsum.* (xc.) [274].

AS:pl. t.; 1520:62r; 1531:216v.<sup>36</sup>

8. Ant.  
III.v.




Omum is-tam \* pró-te-ge Dó-mi-ne : et ánge-li

2424.



tu- i custó-di- ant mu-ros e-jus.


[In tempore paschali.]<sup>37</sup>




e-jus al-le-lú-ya. Ps. Cantáte. j. (xcv.) [278].

AS:pl. v.; 1520:62v; 1531:216v.<sup>38</sup>


2914. 9. Ant.  
VIII.i.



Undá- ta \* est domus Domi-ni su-per vér- ti-cem




mónti- um : et ex-al-tá-ta est su-per colles al-le-lú-ya.



Ps. Dóminus regnávít exúltet. (xcvj.) [278].

*Hec videlicet ultima antiphona finiatur cum Allelúya. quandocumque dicitur extra septuagesimam.*

*[Et semper predicta antiphona finiatur cum Allelúya. nisi quando hoc festum infra lxx. et pasche contigerit tunc enim finiatur sic.]<sup>39</sup>*



Su-per colles.

℣. Hec est domus Dómini firmiter edificáta.

℟. Bene fundáta est supra firmam petram.

[Evangelium]<sup>40</sup> Secundum Lucam, xix. Lectio vij.

[217r.]

**I**N illo témpore : Egréssus Jesus perambulábat Hiérico. Et ecce vir nómine Zachéus, et hic erat

princeps publicanórum : et ipse dives. Et réliqua.

*Sermo ex commentario venerabilis*

*Bede presbyteri. (Super Lucam*

*Lib. 5. cap. 76.)*<sup>41</sup>

**Q**ue impossibilia sunt apud homines : possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus depósita gibbi sarcina, per forámen acus transit : hoc est, dives et publicánus relicto ónere divitiárum, contémpo censu fráudium, angústam portam arc-támque viam que ad vitam ducit ascéndit. Qui mira devotióne fidei ad vidéndum Salvatórem, quod natúra minus hábuit, ascénsu supplet árboris :

atque ídeo juste quamvis ipse rogáre non áudeat, benedictiónem Domínice susceptiónis quam desiderábat accépit. Místice autem Zachéus qui interpretátur justificátus, credéntem ex géntibus pópulum significat : qui quanto curis secularibus occupátor, tanto flagítiis depriméntibus erat factus humílior. Sed ablútus est, sed sanctificátus, sed justificátus in nómine Dómini nostri Jesu Christi : et in Spíritu Dei nostri.

AS:pl. v.; 1520:62v; 1531:217r.<sup>42</sup>

7. Resp.  
VIII.



- rán-ti-bus\* in lo-co isto, Di-mít-te Dómi-

ne pec-cá-ta pópu-li tu- i, et ostén-de e- is

vi- am bo- nam per quam ám- bu- lent. †Et da

gló- ri- am nó- mi- ni tu- o.

7331.




[In tempore paschali.]<sup>43</sup>




7331a.

Alle- lú- ya. ⁊. Dómi- ne ex-áudi o-ra-ti- ónem



me- am : et clamor me-us ad te vé-ni- at.



†Et da.


*Lectio octava.*

**P**Opulus ergo gentilis intrántem Hiérico Salvatórem vidére querébat, sed pre turba non póterat : quia grátie fidei quam mundo Salvátor áttulit participáre cupiébat, sed mólita viciórum consuetúdo ne ad votum perveníret obstíterat. Eadem namque turba nóxie consuetúdinis que supra cecum<sup>44</sup> clamántem ne lumen péteret increpábat : étiam suspiciéntem publicánum ne Jesum vídeat tardat. Sed sicut cecus turbárum voces magis ac magis clamándo devícit : ita pusíllus necesse est turbe nocéntis obstáculum altióra peténdo transcéndat, terréna relínquat, árborem crucis ascéndat. Quam vidélicet árborem pusíllus statúra Zachéus quo exaltári possit ascéndit : dum quílibet húmilis et

própie cóncsius infirmitátis confidens in Dómino proclámat, Michi autem absit gloriári : nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi. Ascénsa autem sicomóro transeúntem prope Dóminum cernit : quia per hanc fidem etsi necdum ut est sólíde, jam tamen raptim<sup>45</sup> et quasi in tránsitu luci sapiéntie celéstis inténdit. Perámbulans Hiérico Salvátor venit ad locum, ubi precúrrens Zachéus sicomórum conscénderat : quia missis per mundum verbi sui precónibus in quibus ipse nímírum et loquebátur et íbat, venit ad pópulum natiónum qui passiónis ejus fide jam<sup>46</sup> sublímis existens, étiam divinitátis ejus ardébat ágnita fácie beári. [Tu.]

AS:pl. v.; 1520:63r; 1531:217r.<sup>47</sup>

8. Resp.  
VII.

7074. 

Api-des \* pre- ci- ó- si omnes mu-ri  
tu- i. †Et tur- res Hie- rú- sa- lem gemmis  
e- di- fi- ca- bún- tur.  
*[In tempore paschali.]*<sup>48</sup>

Al- le- lú- ya. ⁊. Hec est domus Dómi- ni firmi-  
ter e- di- fi- cá- ta : be- ne fundá- ta est supra firmam  
pe- tram. †Et tur- res.

7074z.

*Lectio ix.*

**S**uspiciens inquit vidit illum :  
quia per grátiam fidei a terrénis  
cupiditatibus elevátum, turbisque in-  
fidélium supereminéntem elégit. Vi-  
dére enim Dei : est eligere atque a-  
máre. Vidit ergo vidéntem se : quia

elégit eligéntem se, et amávit amán-  
tem se. Hunc sane órđinem profici-  
éndi, hoc est per fidem Domínice  
incarnatiónis, ad cognitióem divini-  
tátis perveniéndi, quasi per sico-  
mórum Jesu faciém speculánde :

doctor egregius ostendit cum ait, Non enim iudicavi scire me aliquid inter vos : nisi Christum Jesum et hunc crucifixum. Manebat aliquando Dominus in domo principis Pharisaeorum, hoc est in Judeorum synagoga docebat : sed quia non baptizatum, <sup>49</sup> sabbato curantem, publicanos et peccatores recipientem, contra avariciam disputantem, et cetera digna Deo agentem, lingua venenata carpabant, pertesus eorum facinora discessit et aufugit dicens, Relinquetur vobis domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zachaei oportet eum manere : hoc est nove lucis gratia chruscante, in humili credentium nationum corde quiescere. Aliis autem calumniantibus ho-

minem peccatorem, ipse Zachaeus stans, id est in ea quam ceperat fidei veritate persistens, non solum se ex peccatore conversum, sed etiam inter perfectos probat esse conversatum. Filius autem Abrahama dicitur, non quia de ejus stirpe generatus : sed quia ejus est fidem imitatus : ut sicut Abraham terram cognationem domumque paternam, ob spem future hereditatis Domino jubente deseruit : ita et ille qui thesaurum in celis acquireret, bona sua pauperibus partienda relinqueret. Bene autem [217v.] dicit et ipse : ut non solum eos qui juste perseverant, sed et eos qui ab injusticia respiscunt, ad filios promissionis pertinere declaret. Tu autem.

AS:pl. v.; 1520:63r; 1531:217v.<sup>50</sup>


6527. 9. Resp. I.

O-mus me- a \* domus o-ra-ti- ó- nis


vo-cá- bi-tur dí- cit Dó-mi- nus. †In e- a

om- nis qui pe- tit ác- ci-pit et qui que-

In festo dedicationis ecclesie.




rit ín- ve-nit et pul-sán-




ti a- pe-ri-é- tur.

[In tempore paschali.]<sup>51</sup>




Al-le- lú- ya. ✠. Domum tu- am Dómi- ne

6527b.



de- cet sancti- tú- do in longi- tú- di- nem di- é- rum.



†In e- a.

[✠.] Glória. 93\*. †In ea.

*Ante laudes.*

*Versus.* Domus mea.

*✠.* Domus oratió nibus vocá bitur.


*In tempore paschali finiatur cum Allelú ya.*

*Iste ✠. dicatur quotidie per octavas quando de dedicatione fit servitium ante laudes nisi quando dicitur ante lectiones in ij. nocturno, tunc enim dicitur ante laudes ✠. Hec est domus Dómini firmiter edificá ta. 2054.*

**¶** *In laudibus.*


AS:pl. w.; 1520:63v; 1531:217v.

1. Ant.  
VII.i.




2425.

Omum tu-am Dómi-ne \*de-cet sancti-túdo in



longi-tú-di-nem di- é-rum.

*In tempore paschali.*




rum al-le-lú-ya. *Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45].*

AS:pl. w.; 1520:64v; 1531:217v.


2. Ant.  
I.vi.

2428.



Omus me-a \* do-mus o-ra-ti- ó-nis vo-cá-bi-tur.

*In tempore paschali finiatur cum.*




tur al-le- lú-ya. *Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].*

AS:pl. w.; 1520:64v; 1531:217v.


3. Ant.  
I.v.

2998.




Ec est domus Dómi-ni \* fírmi-ter e-di-fi-cá-ta :

In festo dedicationis ecclesie.



be-ne fundá-ta est supra firmam petram.

*In tempore paschali.*



tram al-le- lú-ya. *Ps.* Deus Deus meus. (*lij.*) [47].


AS:pl. w.; 1520:64v; 1531:217v.<sup>52</sup>

4. Ant.  
VIII.ii.




Ene fundá-ta est \* domus Dómi-ni supra firmam

1680.



petram.

*In tempore paschali finiatur cum.*



tram al-le-lú-ya. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].


AS:pl. w.; 1520:64v; 1531:217v.<sup>53</sup>

5. Ant.  
I.v.




A-pi-des \* pre-ci-ó-si omnes mu-ri tu- i : et

3578.



tur-res Hie-rú-sa-lem gemmis e-di-fi-ca-búntur.

*In tempore paschali finiatur cum.*







*Capitulum. 1. Cor. iij. (10).*


<b>N</b> usquisque autem vídeat quid superedificet : fundaméntum enim áliud nemo potest pónere preter	id quod pósito est, quod est Christus Jesus.
---	---

HS:67v; AS:pl. w.; 1520:64r; 1531:217v.<sup>54</sup>

8405d. Hymn.  
II.




In festo dedicationis ecclesie.




Unum quoque Cum fa-vó-re pré-di-cat. 3. Hoc in templo




summe De-us Exo-rá-tus ádve-ni: Et cleménte



bo-ni-tá-te Pre-cum vo-ta súsci-pe: Largam be-ne-



dic-ti-ónem Hic infúnde jú-gi-ter. 4. Hic prome-re-



ántur omnes Pe-tí-ta acquí-re-re: Et a-dépta possi-



dé-re Cum sanctis pe-rénni-ter: Pa-ra-dí-sum intro-




í-re Translá-ti in réqui-em. 5. Gló-ri-a et honor



De-o Usque quo al-tíssimo: Una Pa-tri Fi-li-ó-que



In festo dedicationis ecclesie.





Incli-to Pa-rácly-to : Cu-i laus est et po-téstas Per e-  
térna sé-cu-la. A-men.

∞. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine.


℞. In sécula seculórum laudábunt te. *In tempore paschali* Allelúya.

AS:pl. x.; 1520:64r; 1531:217v.<sup>55</sup>


5515. Ant.  
VIII.i.




Aché- e \* fésti-nans descénde qui- a hó-di- e



in domo tu-a opórtet me ma-né- re : at il-le fésti-nans




descén-dit et suscé-pit il-lum gaudens in domum su- am :



Hó-di- e hu-ic dó-mu-i sa-lus a Dómi-no facta est.

[*In tempore paschali.*]<sup>56</sup>



est al-le-lú-ya. Ps. Benedíctus. 68\*.

*Et semper finiatur predicta antiphona cum Allelúya. quandocunque dicitur extra*

*septuagesimam usque ad pascha.*

*Oratio.*

**D**Eus qui ecclesiam tuam spon-  
sam vocare dignatus es, ut que  
habebat gratiam per fidei devotionem,  
haberet etiam ex nomine dignitatem :

da ut omnis hec plebs tuo nomini  
serviens hujus vocabuli consortio  
digna inveniatur. Qui vivis et regnas  
cum Deo Patre.

[*Hec oratio dicatur ad omnes horas preterquam ad secundas vespas.*]<sup>57</sup>

### ¶ *Ad j.*

*Ant.* Domum tuam. 2060.

*Ps.* Deus in nomine. (*liij.*) [95].

*Ant.* Grátias tibi Deus. [99].

*Ps.* Quicúnque. [100].

*Si vero hoc festum infra octavas Sancte Trinitatis evenerit tunc dicitur super psalmum*  
*Quicúnque. antiphona O beata et benedicta. ut supra in festo Sancte Trinitatis.* [102].

*R̄.* Jesu Christe. *et dicatur in secunda forma cum Alleluya. sicut in die natalis*  
*Domini.* [105].

*V̄.* Qui sedes. [105].

*Si vero hoc festum infra lxx. usque ad pascha contigerit dicatur R̄. Jesu Christe. sine*  
*Alleluya. sicut in dominicis illius temporis.*

### ¶ *Ad iij.*

*Ant.* Domus mea. 2060.


*Ps.* Legem pone. (*cxviiij. 33.*) [132].

*Capitulum.* Unusquisque autem. 2063.

In festo dedicationis ecclesie.


AS:pl. x.; 1520:64v; 1531:217v.<sup>58</sup>

Resp.  
VI.




6526.

Omum tu-am Dómi-ne de-cet sancti-túdo. †Alle-



6526a.

lú-ya al-le-lú-ya. ⁊. In longi-tú-di-ne di-é-rum. †Alle-



lú-ya. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

Domum.


⁊. Domus mea.

℞. Domus oratiónis vocábitur.

¶ *Si hoc festum infra septuagesimam euenit usque ad pascha tunc dicuntur omnia responsoria sine Allelúya. [hoc sequens dicatur responsorium.]*<sup>59</sup>

AS:pl. x.; 1520:64v; 1531:217v.

Resp.  
VI.



6526.

Omum tu-am Dómi-ne. †De-cet sancti-túdo.



6526a.

⁊. In longi-tú-di-nem di-é-rum. †De-cet. ⁊. Gló-ri- a Pa-



tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

Domum tuam.

[⁊. Domus mea.]<sup>60</sup> 2066.

*Oratio.* Deus qui ecclesiam tuam. 2065.

*Hec oratio dicatur ad omnes horas hujus diei preter ad ij. vespas.*

¶ *Ad vj.*

*Ant.* Hec est domus Domini. 2060.


*Ps.* Defecit. (cxvij. 81.) [141].

*Capitulum.* Apocalyps. xxj. (3).

Ecce tabernaculum Dei cum | et ipsi populus ejus erunt, et ipse  
hominibus et habitabit cum eis : | Deus cum eis erit eorum Deus.

AS:pl. y.; 1520:64v; 1531:217v.

Resp.  
VI.



XXXX.

Omnes me- a. †Alle- lú-ya al-le-lú-ya. ⁊. Domo o-



XXXX.

ra-ti- ó-nis vo-cá-bi-tur. †Alle- lú-ya. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri



et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.


Domus.

⁊. Beáti qui hábitant [in domo tua Dómine].<sup>61</sup> 2064.

[*Infra septuagesima dicatur hoc modo.*]<sup>62</sup>

AS:pl. y.; 1520:65r; 1531:217v.


Resp.  
VI.



XXXX.

XXXX.

Omnes me- a. †Di- cit Dómi-nus. ⁊. Domus o-ra-



ti-ó-nis vo-cá-bi-tur. †Di- cit. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-  
 li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

[⁊. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine.]<sup>63</sup> 2064.

¶ *Ad nonam.*

*Ant.* Lápides preciósi. 2061.

*Ps.* Mirabilia. (cxviiij. 129.) [150].


*Capitulum.* i. Cor. iij. (8).

**N**usquisque <sup>64</sup> própriam mer-  
 cédem accípiet secúndum suum  
 labórem, Dei enim adjutóres sumus,

Dei agricultúra estis, Dei edificatio  
 estis.

AS:pl. y.; 1520:65r; 1531:217v.

Resp.  
 VI.




6182. **E**-á-ti qui há-bi-tant in domo tu-a Dómi-ne.



6182z. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya. ⁊. In sé-cu-la se-cu-ló-rum laudá-  
 bunt te. †Alle-lú-ya. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et

In festo dedicationis ecclesie.



Spi-rí-tu- i Sancto.


Beáti.

[*Infra septuagesima usque ad pascha dicatur sic.*]<sup>65</sup>

AS:pl. y.; 1520:65r; 1531:217v.


6182. Resp. VI. 

**B**E-á-ti qui há-bi-tant. †In domo tu- a Dómi-ne.



6182z.

∞. In sé-cu-la se-cu-ló-rum laudá-bunt te. †In domo.



∞. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

∞. Hec est domus Dómini firmiter edificáta.

∞. Bene fundáta est supra firmam petram.

*Oratio ut supra.* 2065.

[218r.]

¶ *Ad ij. vesp̄as.*

*Ant.* Domum tuam. 2060.

*Ps.* Credídi. (cxv.) [320].

*Ps.* Letátus. (cxxj.) [325].

*Ps.* Nisi Dóminus. (cxxvj.) [331].

*Ps.* Laudáte Dóminum quóniam bonus [est] psalmus. (cxlvi.) [355].

*Ps.* Lauda Hierúsalem Dóminum. (cxlvi.) [356].

Capitulum.

**H**ec est domus Dómini firmiter | firmam petram.  
edificáta : bene fundáta est supra

*R.* Domus mea. [ix. de matutinas.]<sup>66</sup> 2059.

*Hymnus.* Anguláre fundaméntum. 2062.

*V.* Beáti qui hábitant [in domo tua [Dómine].

*R.* In sécula seculórum laudábunt te.]<sup>67</sup> [In tempore paschali Allelúya.]

AS:pl. y; 1520:65r; 1531:218r.

2546. Ant.  
III.ii.



C-ce \* ta-berná-cu-lum De- i cum homí-ni-bus et  
Spí-ri-tus De- i há-bi-tat in vo-bis : templum e-nim De- i  
sanctum est quod es-tis vos : pro cu-jus a-mó-re ce-le-brá-  
tis hó-di- e gáu-di- a templi tém-po-re festi.  
*In tempore paschali finiatur cum*  
ti al-le-lú-ya. Ps. Magnificat. 58\*.

*Oratio.* Deus qui nobis per síngulos [annos. *ut supra.*]<sup>68</sup> 2039.

*Et fiat plenum servitium de dedicatione per octo dies cum regimine chori et etiam in*

*dominica nisi festum ix. lectionum intercurrat : vel trium cum regimine chori.*

*Si ab octavis passionis usque ad ascensionem Domini, vel a festo Sancte Trinitatis usque ad adventum Domini hoc festum contigerit vel etiam ab octavis epyphanie usque ad lxx. tantum. Quotidie infra octavas ad vespervas et ad matutinas et ad alias horas dicatur hec oratio Deus qui ecclésiám tuam. 2065. Cum vero fit memoria de dedicatione tam ad vespervas quam ad matutinas dicatur V. Beáti qui hábitant. 2064. cum oratione predicta.*

*Quotidie etiam per octavas ad matutinas, invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in prima die dicuntur, V. et responsoria secundum ordinem nocturnorum dicantur quotidie.*

*[Quotidie]<sup>69</sup> Ante laudes dicatur V. Domus mea. 2059. nisi quando dicitur ante lectiones, tunc enim dicatur ante laudes V. Hec est domus Dómini firmiter edificáta. 2069. Et dicatur una sola antiphona super laudes. Ita tamen quod invitatorium dicatur a duobus in capis sericis ad gradum chori.*



[*Lectioes per octavas.*]

*Lectioes per octavas quando fit plenum servitium de dedicatione : videlicet secunda die.*

*Lectio prima.*



**A**niversariam hujus sancte ecclesie consecrationis festivitatem, totis nisibus, mente devota, puroque corde, Domini Salvatoris atque sanctorum exempla sequentes : condigne dilectissimi fratres celebremus. Pulsemus ergo affectu pio, corde devoto supplicando

misericordiam Domini ut clementie sue nobis tribuat felicitatem et indulgentie remissionem, atque regni celestis pandat introitum : ut in celesti templo, et in superna ac eterna ecclesia, sanctorum consortio eternaliter potiamur. Tu autem.

*Lectio ij.*

**M**ajori autem gloria et veneratione in Novo testamento et in isto hodie<sup>70</sup> solennia dedicationum novarum ecclesiarum sunt veneranda, quam Veteris testamenti observatio et legis preceptio instituerit : quoniam sicut major redemptio Christi sanguine postea in populo facta est

Christiano, ita major et multo amplior veneratio dedicationum et consecrationum ecclesiarum, in quibus quotidie ipsius Domini nostri Jesu Christi corpus et sanguis immolatur ac a fidelibus sumitur est preparanda et fideliter amplectenda. [Tu autem.]

*Lectio iij.*

**S**anctum est fratres ac Deo placitum : ut dedicationem hujus ecclesie precipua devotione veneremur. Recte ergo festivitates et consecrationes sanctorum ecclesiarum venerabiliter colunt : qui filios se sancte Dei ecclesie esse cognoscunt. Hec enim mater est omnium credentium : que natos ad mortem

regenerat ad vitam. Idcirco charissimi summopere omnes qui Christiano nomine censentur, et filii Dei vocantur : oportet sacrationes novarum ecclesiarum solenniter et decenter celebrare, studiosissimeque venerari, et totis nisibus in eis Domini auxilium implorare. Non enim dubium est Dominum omnipotentem in

templis manufactis inhabitare, et corda eorum qui ad ea conveniunt, et eorum dedicationes venerabiliter co-

lunt, spiritaliter invisere : atque cunctos inibi deprecantes adjuvare : et eorum necessitatibus subvenire.

### *Tertia die.*

#### *Lectio prima.*



Attendere oportet fratres unumquemque fidelem quanta est consecratio dedicationis ecclesie : et quanta oratio in ea ab episcopo sive a ceteris sacerdotibus et ministris exhibetur. Qualiter ex ministro consecrationis et ex intentione orationis corda fidelium accendantur : atque omnes diligentissime templi consecrationis festa venerentur. Flexis enim poplitibus a summo pontifice, et a ceteris sacer-

dotibus Dei ministris summa cum devotione dicitur Letania : deinde relique orationes, sicut ordo ecclesiasticus docet. Imploratur enim Dominus ab episcopo et a suis sacerdotibus et reliquis ministris in consecratione nove ecclesie : ut omnium inibi advenientium preces a Domino exaudiantur : anxietatesque omnium inibi orantium relaxentur : et peccata deprecantibus remittantur.

[218v.]

#### *Lectio ij.*

Postulatur etiam a Domino in consecratione ecclesie, ut ibidem egritudines sanentur, vota suscipiantur, juste desiderata impetrantur : postulata concedantur, perpetualliter cuncti ad eam confugientes et in ea orantes a Domino ab omnibus malis liberentur, Domino conserventur, sive a malis omnibus illési misericorditer liberentur. Cetera quoque que in

serie precum dedicationis et consecrationis ecclesie continentur : eundem deprecantium<sup>71</sup> continent modum. Multi ergo sancti qui modo in celis inter catervas sanctorum gloriantur, Dei templa in presenti ecclesia consecraverunt : quorum edificia una cum consecrationibus eorum adhuc manent, et quorum parietes hactenus consistere videntur.

#### *Lectio tertia.*

Nulli ergo dubium est fratres, eorum preces a Deo exaudiri,


et eorum impetrata adimpleri : quorum anime sunt in celis animabus

sanctorum coequales. Si enim viventes in carne et ecclesias plantaverunt et construxerunt, et eorum precibus consecraverunt, atque ea que in dedicationibus eorum sanctis precibus poscentes impetrare ut certum est meruerunt : quanto magis modo cum Domino regnantes, eorum<sup>72</sup> postulata et impetrata suis meritis in eos redundant, qui ad eadem templa devote deprecaturi advenientes et

eorum dedicationes festive venerantes conveniunt seu venerabiliter celebrantes colunt ? Sicut enim prefati sancti, sive cuncti sancti patres ex his factis retributionem perpetuam perciperunt, et eternam gloriam adipisci meruerunt : sic et modo omnes eorum vestigia imitantes, premia eterna Domino annuente adipisci indubitanter merentur.


### ¶ *Quarta die.*

#### *Lectio prima.*

 Ummopere pensandum est omnibus fidelibus, ut precedentium sanctorum vestigia in quantum possunt imitentur, et ad ecclesias quas illi consecraverunt, sive successores eorum postea dedicaverunt, seu quotidie dedicant, humiliter conveniant quatenus eorum postulata inibi impetrare valeant : et

tam suis bonis intentionibus<sup>73</sup> et bonis actionibus quam etiam eorum sacerdotum qui ipsas ecclesias dedicant, atque ipsorum sanctorum quorum reliquias inibi collocant, et que in ipsis ecclesiis venerantur precibus ea que postulant impetrare mereantur.

#### *Lectio secunda.*

 Onemus ergo vos fratres charissimi ne ista in vanum assumatis nec cassare quoquomodo permittatis. Quoniam si dedicationes novarum ecclesiarum venerabiliter colitis, et earum solennia studiosissime celebratis : ea que ipsi sancti sacerdotes in ipsis dedicationibus ecclesiarum, pro vobis et pro cunctis

inibi orantibus petierint, Domino auxiliante misericorditer impetrare gaudebitis, id est ut vestre orationes in consecratis ab eis locis, et in Dei ecclesiis exaudiantur, et ea que in eis impetrare nitimini, tam a pressuris seculi quam a cunctis tribulationibus et peccatis, sive ab omnibus perturbationibus et malis liberamini et ea

que ad celéstia pértinent, id est véniam delictórum et societátem sanctórum sive réquiem sempitérnam,

Dómino miseránte dúlciter impe-  
trábitis.

*Lectio iij.*

**S**I ergo Dóminus et Magíster noster Jesus Christus, ad festum dedicatiónis templi veníre dignátus est : quanto magis nos ad festivitátes dedicatiónum ecclesiárum veníre, et eas solénniter<sup>74</sup> prout poterimus et Dóminus déderit mente et córpore et venerábiliter celebráre debémus ? Audístis<sup>75</sup> namque fratres dilectíssimi ex lectiône Evangélica quia facta sunt encénia in Hierosólymis : et hyems erat. Et ambulábat Jesus in templo :

in pórticu Salomónis. Encénia autem vocabántur solennitátes sancti templi consecratiónis et dedicatiónis : et que Dei pópulus ex patrum traditióne et ex antiqúua consuetúdi-ne per síngulos celebráre annos consuévít. Quorum exémpla hodiérna die nos imitántes : juxta Christiáni orbis morem ánuam ecclésie nostre dedicatiónis diem divínis láudibus et vigíliis, sive céteris bonis stúdiis et oratió-nibus ágere studémus solénnem.

*Quinta die.*

*Lectio j.*

[219r.]



Mbuláre Dóminus noster Jesus Christus vóluit in templo, in quo caro et sanguis brutórum animálium offerébatur : multo magis ecclésiam et domum ad orándum, et divína sacraménta in ea offeránda, sive domum consecrátam, ubi carnis ipsíus et sánguinis celebrántur sacraménta, invísere delectábitur. Si enim non de-

dignátus est ambuláre in pórticu in qua rex quondam mortális ac terrénus quamvis potentíssimus ad orándum solébat stare : quanto magis ecclésias a pontificibus dedicátas, et sacri chris-mátis unctiône delibútas, ólei quoque sacri unctiône inúctas seu a céteris sacerdotibus et Dei mínistis instaurátas visitáre gaudébit. [Tu autem.]

*Lectio ij.*

**N**ichil autem festivitátes dedica-ti-  
tiónum ecclesiárum minus co-

lén-de et veneránde sunt, quam natalícia sanctórum : quóniam in ípsis

ecclesiis Deo dicatis, multi sancti orando et legitime certando, gloriam et societatem sanctorum adipisci meruerunt. Si ergo Dominus et Magister noster Jesus Christus, ad novi templi dedicationem et ad sacri templi festum, et ad diem ejus consecrationis advenire voluit, et ipsam festivitatem cum aliis populis solenniter celebrare studuit, qui nullo pondere pecca-

torum gravabatur : quanto magis nos qui oneribus peccaminum multorum gravamur et premimur, ad predictas festivitates una cum nobis subditis ceteris populis advenire decenter, et eas celebrare solenniter debemus, ut deprecata et postulata sanctorum sacerdotum qui eas consecraverunt, Domino annuente adipisci mereamur.

*Lectio iij.*

**F**estivitatem hanc fratres nos eo majore devotione celebrare oportet : quo eam Redemptori nostro gratissimam esse cognoscimus. Oppido autem Domino grata ipsa devotionis templi festivitas fuit, quando ipse in illa templum ingredi et sermonem ad populum facere voluit : divinitatisque sue sacramenta inibi pandere dignatus est. Condigne enim in ecclesiis Deo

ab episcopis et sacerdotibus divinis precibus dicatis visibiliter signa innumerabilia fiunt : sed invisibiliter majoris virtutis miracula prodeunt. Corpora namque sanantur exterius : sed vulnera anime relaxantur interius. Corpora vero exterius restaurantur : sed anime interius divinitus sanantur. [Tu autem Domine miserere nostri.]

**¶** *Sexta die.*

*Lectio prima.*


**I**N dedicationibus ecclesiarum fratres signa multa nostris temporibus vidimus peracta, et idcirco nos dedicationes et solennitates consecrationum novarum ecclesiarum solenniter venerari oportet, ut sicut aliorum corpora in eis sanari et reformari videmus : ita anime nostre sanentur et interius

Domini misericordia renoventur atque a peccatis resuscitentur, peccata<sup>76</sup> quoque relaxentur, et divine miserationes implorantur. Illuminantur namque in ecclesiis Deo dicatis visibiliter ceci : sed corda fidelium in eis invisibiliter gratia spiritus sancti illustrantur. Leprosi etiam in ecclesiis visibiliter sanantur :

sed invisibíliter hi qui váriis doctrínis et cogitátionibus sive herésibus sunt aspérsi, spirituáliter in ecclésiis dedicátis corda eórum tangúntur : et ad fidem cathólicam sive ad bene agéndum convertúntur. Multi quoque visibíliter in consecrátis locis loquúntur : sed invisibíliter fátuis et


utiliter loqui nesciéntibus, Dómini grátia recte loqui ministrátur. Audítum quoque in predictis sanctis locis visibíliter recípiunt surdi, sed invisibíliter aures precordiórum Sancti Spíritus illustratióne aperiúntur : quátenus ea que Dei sunt audíre et intelligere váleant. [Tu.]

*Lectio secunda.*

órtet itaque fratres nos prefáta beneficia impetráturos, ad eccléias divínis précibus consecrátas humíliter conveníre, et festivitátes dedicatiónum novárum ecclesiárum venerabíliter celebráre : quátenus Dómino auxiliánte, predicta beneficia sive majóra in eis impetráre et percípere mereámur. O quam veneránda dies in qua paríetes hujus templi divínis précibus consecrátí sunt, et domus hec divínis cúltribus et sacris actiόνibus est dedicáta : ut in ea perpetuáliter nomen Dómini invocétur, et oratiónes ómnium in ea pie deprecántium a Dómino exaudiántur, suarúmque petitiónum vota impetréntur, atque salútis etérne remédia percipiántur. Hec est sacratíssima

festívitás fratres in qua paríetes hujus templi Dei sacris unctiόνibus [219v.] chrismátis sunt delibúti : ut in ea demum pópuli oblatiões Dómino offerántur, et sacrificia in ea Dómino a sacerdotibus consecréntur. Altária étiam hujus ecclésie divínis unctiόνibus chrismátis ab epíscopo venerabíliter inúncta, atque divínis précibus sunt consecrátá : ut super ea sacerdótes hóstias immolárent, corpúsque Dómini cum précibus conficerent, quátenus sacrátio lícita córporis et ságuinis Dómini nostri Jesu Christi, nobis ac réliquis pópulis ad preséntem et perpétuam salútem proficeret : paritérque nobis expiatiónem et etérne beatitúdinis prémium concéderet.

*Lectio tertia.*

uanta devotióne dedicatiónes ecclesiárum fidéles celebráre debeant, hinc líquido osténditur : quod

in eisdem solennitátibus plura mirácula virtúte patrátá divína, in divérsis locis sepe cognóvimus. In ecclésiis

étiam et oratóriis Deo dicátis persépe cecos illuminári, claudos reformári, leprósos mundári : et réliqua signa manifésto visa sunt fieri. In áliis vero locis, mínime : nisi forte in devotióne eúndi ad sancta loca aut redeúndi, aut in bona devotióne permanéndi. Sed in eisdem ecclésiis consecrátis, sépius petitiónes fidélium adimpléri : quam in áliis locis non consecrátis, experiménto cognóvimus. Antíqui patres templórum dedicatiónes, in quibus divínium deinceps erant actúri officium, per octo dies religióse et

sancte vivéntes venerabántur : et in eisdem octo diébus hymnis et áliis divínis láudibus studióse insistébant. Solennitérque hos dies agéntes, grátias ac laudem Dómino agébant : et pro suis totiúsque pópuli sceléribus véniam flagitábant. Quorum sequéntes exémpla, intentíssimo Dóminum deprecémur : ut fidélium suórum petitiónes in presénti loco dignánter exáudiat, nosque ipsos templa sibi munda cleménter perficiat.

### ¶ *Dominica infra octavas.*

#### *Lectio j.*

**M**atálem templi hujus diem fratres dilectíssimi, Christo propício cum exultatióne et gaudio hódie celebrámus. Et mérito<sup>77</sup> solennitátem matris ecclésie Christiáni pópuli colunt : per quam se

spirituáliter renátos esse cognóscunt. Nam qui per primam nativitátem vasa ire Dei fúimus : per secúndam vasa fieri misericórdie merúimus. Prima enim natívitas nos perdúxit ad mortem : secúnda revocávit ad vitam.

#### *Lectio ij.*

**M**nes nos fratres charíssimi ante baptísmum fana diaboli fúimus : post baptísmum templa Christi esse merúimus. Et si de salúte ánime nostre atténtius cogitámus : templum Dei verum et vivum nos esse cognoscémus.<sup>78</sup> Non solum in templis manufactis hábitat Deus, nec in domo de lignis et lapídibus facta :

sed precípue in ánima ad ymáginem Dei manu ipsíus artificis cóndita. Sic enim beátus Paulus apóstolus ait, Templum enim Dei sanctum est : quod estis vos. Templa ista ídeo de lignis et lapídibus fabricántur, ut ibi templa Dei vivéntia congregéntur : ac sic ad templum Dei convéniant. Unus Christiánus unum templum Dei

est : et multi Christiáni multa templa

sunt Dei.

*Lectio tertia.*

**E**T jam fratres videte quam pulchrum est templum quod edificatur de templis, et quomodo multa membra faciunt unum corpus : sic multa templa faciunt unum templum. Sed ista templa Christi, hoc est sancte anime Christiáne : dispersae sunt per univrsam mundum. Cum autem venerit dies iudicii congregabuntur omnia : et in vita eterna facient templum unum. Quomodo multa membra Christi faciunt corpus

unum, et habent unum caput Christum : sic et illa templa habent ipsum habitorem Christum, quia membra ipsius sumus, qui caput nostrum est. Sic enim dicit Apóstolus, In interiore homine per fidem habitare in cordibus vestris Christum. Gaudeamus quia templum Dei esse meruimus : sed timeamus ne templum Dei malis operibus violemus. Timeamus quod dicit Apóstolus, Si quis templum Dei violaverit : disperdet illum Deus.

*Lectio quarta.*

**D**eus qui<sup>79</sup> celum et terram verbo potuit fabricare in te dignatur habitare : et ideo sic debes agere ut talem habitorem non possis offendere. Nichil ergo in te, hoc est in templo suo Deus inveniat sordidum, nichil tenebrorum, nichil superbum : quia si ibi<sup>80</sup> aliquam injuriam per-

tulerit, cito discedit. Et si Redemptor [220r.] discesserit : statim decaptor accedit. Et qualis erit illa anima infelix que a summo Deo deseritur, et a diabolo occupatur, vacuatur lumine et tenebris adimpletur, exhauritur dulcedine et inebriatur amaritudine, perdit vitam, invenit mortem, acquirit supplicium, perdit paradysum ?

*Lectio v.*

**F**ratres quia igitur Deus sibi voluit de nobis templum facere, et in nobis dignatur jugiter habitare : quantum possumus cum ipsius adjutorio studeamus superflua projicere, utilia congregare : repudiare luxuriam, castitatem tenere, contemnere ava-

riciam, misericordiam querere, odium despiciere, charitatem sectari. Hec si auxiliante Deo facimus fratres : in templum cordis et corporis nostri Deum jugiter invitamus. Unde nos fratres charissimi, si natalem templi cum gaudio celebrare volumus : tem-



pla Dei vivéntia malis opéribus in nobis destrúere non debémus. Dicam fratres dicam quod omnes intelligere possint. Quótiens ad ecclésiám veni-

mus, qualem illam inveníre vólumus : tales et ánimas nostras preparáre debémus.

*Lectio vj.*

**I**s basilicam nítidam inveníre ? Noli tuam ánimam peccatórum sórdibus inquináre. Si tu vis ut basilica luminósa sit, et Deus hoc vult ut ánima tua tenebrósa non sit, sed fiat quod Dóminus dicit, ut<sup>81</sup> lúceat lux in vobis bonórum óperum, et ille qui in celis est glorificétur, quómodo tu intras in ecclésiám istam, sic Deus vult in ánimam tuam intráre, sicut ipse promísit dicens, Et inhabitábo<sup>82</sup> in illis. Ergo quótiens natálem templi cúpimus celebráre, sóbrii et pacífici debémus ad ecclésiám conveníre, et

ante plures dies castitáti studére : et secúndum vires nostras paupéribus elemósinam exhibere : et tunc fiduciáliter ad natálem basilice, et ad sanctórum solennitátem secúri veniámus : et quicquid juste voluérimus a Deo pétere totum merébimur obtínere. Hoc autem ante ómnia oportet ut quómodo ad ecclésiám nítidis véstibus venímus : ita étiam mundis córdibus veniámus. Nichil enim prodest ut nítidus appáreas in óculis hóminum : si sórdidus fúeris in óculis angelórum. Tu.

*Secundum Lucam, vj. (47.) Lectio vij.*

**I**n illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis, Omnis qui venit ad me : et audit sermónes meos et facit eos : osténdam vobis cui símilis est. Símilis est hómini edificánti domum. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

(2o. 2. Libri, ante medium.)<sup>83</sup>

**H**omo hic domum edificans, ipse est Mediátor Dei et hóminum homo Christus Jesus : qui diléctam sibi domum sanctam vidélicet ec-

clésiám in qua perpétuo manéret, edificáre et consecráre dignátus est. Qui fodit in altum et pósuit fundaméntum supra petram, quia in corde suórum fidélium quicquid terréne intentiónis invenit, fúnditus extirpáre stúduit : quátenus ejectionis prisce consuetúdinis rudéribus et cogitationibus supérfluis, stáblem in eis ipse et inconcússam mansiónem possit habére. Ipse est enim petra : supra quam hujuscémodi domus

fundaménta locávit. Sicut in domo edificánda nil petre qui fundaméntum impónitur antefértur : ita sancta ecclésia petram suam vidélicet Chris-

tum, imo<sup>84</sup> habet in corde recónditam, neque áliquid fidei illíus ac dilectióni prepónit, ádeo ut pro hac étiam mortem pati non dúbitet.

*Lectio viij.*

**C**ui nimírum petras princeps ecclésie quia firmíssime adhésit, ab ea nomen accépit : quando audívit, quia tu es Petrus et super hanc petram edificábo ecclésiam meam. Inundatióne autem facta illísum est flumen dómui illi, et non pótuit eam movére : fundáta enim erat supra petram. Patet expositio, quia pulsáta est sepe pressúris ecclésia : nec dejécta. Quod si qui credéntium malis victi cessérunt : ad hanc útique domum non pertinébant, quia si supra petram fidei et non pótius supra arénam perfidie vel levitátis fundáti consisterent, labefactári nunquam prorsus válerent. Notándum autem

quod hec inundátio tentatiónum, tribus modis ecclésiam impúgnat. Nam vel a sua concupiscéntia tentátur quisquam abstráctus et illéctus, vel falsórum fratrum improbitáte fatigátur, vel apértius exterórum<sup>85</sup> appetitur insidiis : que vidélicet tentaménta Dóminus álibi portas ínferi núncupat. Et mérito, quia nimírum si vícerint, in etérnum trahunt in- [220v.] térnum. Et super hanc petram inquit edificábo ecclésiam meam : et porte ínferi non prevalébunt advérsus eam. Et si<sup>86</sup> ergo pulsant : non tamen dejíciunt ecclésiam Christi porte diaboli. Et si<sup>87</sup> irruiet inundátio perfidie : non tamen súbruit domum fidei.

*Lectio ix.*

**S**ancta ecclésia que adjutóri suo veráciter dícere potest, Dum anxiaréture cor meum in petra exaltásti me : non debellátur ab extráneis, quia rábiem persecuéntium infidélium, cum coróna martýrii patiéndó súperat. Non corrumpitur a falsis frátribus : quia et hereticórum dogmáta recte credéndo refútat, et viciósa quo-

rúndam catholicórum exémpla, sóbrie et juste et pie vivéndo devítat. Non obcecátur fumo próprie cupiditátis : quia fervet intérius solo ardóre Domínice charitátis. Huic autem hómíni id est Redemptóri nostro, qui ecclésiam sibi universálem invincíbili mentis fortitúdino copulávit, pro modo suo quique simílantur elécti :

quando quod ipse in tota ecclesia generaliter facit, hoc illi in suis singuli cordibus agere specialiter curant. Nam quasi in altum fodiendo suam vigilanter conscientiam discutiunt, ne quid in ea sordidum lateat solerter inquirunt, cunctas a fundo cordis supervacuorum cogitatum latebras

manu sedule discretionis exhauriunt : quatenus firmam in se quietamque sedem petre illi fortissime id est Christo preparent. Fitque ut per ejus presentiam, insuperabiles<sup>88</sup> inter seculi terrenis adversa simul et prospera blandientis perdurent.

¶ *Si vero infra adventum Domini vel infra lxx. usque ad caput jejunii hoc festum contigerit erunt octave sine regimine chori usque ad octavam diem tunc enim fient ix. lectiones et invitatorium triplex nisi in dominica contigerit. Et si aliquod festum iij. lectionum vel octava sanctorum infra has octavas contigerit totum fiat servitium de festo vel de octava et tantum memoria de dedicatione. Dominica [vero]<sup>89</sup> que tunc infra octavas vel in octava evenerit, totum fiat servitium de [ipsa]<sup>90</sup> dominica et tantum memoria de dedicatione.*

*Cum autem a circumcissione Domini usque ad octavas epyphanie vel a iij. feria in capite jejunii usque ad quartam feriam ante pascha, vel a vigilia ascensionis Domini usque ad vigiliam penthecostes hoc festum forte contigerit nichil fiat de festo infra octavas nec etiam in octava nisi [tantum]<sup>91</sup> memoria. Tamen si hoc festum infra octavas epyphanie forte evenerit, tunc post octavas epiphanie fiat totum servitium de octava die dedicationis.*

*Si autem a vigilia natalis Domini usque ad circumcissionem Domini : vel a quarta feria proxima ante pascha usque ad octavas pasche vel in vigilia penthecostes vel abhinc usque ad festum sancte Trinitatis hoc festum evenerit, semper differatur ubi possit convenientius celebrari : videlicet post octavas epyphanie vel post octavas pasche vel post primam dominicam post festum sancte Trinitatis et [tunc]<sup>92</sup> erunt octave cum regimine chori.*

*Si hoc festum in prima dominica adventus Domini vel in quarta feria in capite jejunii vel in dominica passionis Domini, vel [in dominica]<sup>93</sup> ramispalmarum, vel in octavis pasche, vel in festo sancte Trinitatis, vel in festo de Corpore Christi forte contigerit, differatur in crastinum si vacaverit a festo cum regimine chori, et erunt vespere de dedicatione et solennis memoria de festo. Similiter fiat si hoc festum in festo ascensionis Domini evenerit sed tunc nichil fiat de dedicatione infra octavas usque ad octavam diem nisi tantum memoria.*

*Si hoc festum a die<sup>94</sup> Sancte Trinitatis usque ad adventum in dominica forte contigerit et in ipsa dominica nova inchoanda fuerit hystoria que non fuerit duratura nisi per unam ebdomadam tantum tunc ibi inchoetur hystoria cum memoria sub silentio, et totum fiat servitium de dedicatione et in tribus feriis per ebdomadam tota cantetur hystoria cum responsorio feriali in tertio nocturno, et in his tribus feriis fiat primo memoria de dedicatione, deinde memorie consuete et expositio Evangelii de dominica eo anno non dicatur, ita tamen quod si aliquod festum iij. lectionum ibidem contigerit illo anno omnino pretermittatur : tamen octave dedicationis in sequentibus diebus sine regimine chori erunt usque ad octavam diem et tunc fiant ix. lectiones et invitatorium triplex nisi duplex festum impedierit vel alia hystoria que non potest cantari in alia dominica nec in feriis.*

*Similiter [quoque modo]<sup>95</sup> fiat de festo loci ubi octave habentur : scilicet nativitate sancti Johannis baptiste, vel de passione Petri et Pauli, vel de Sancta Trinitate, vel de sancto Martino, et consimilibus.*

*In tempore vero paschali hoc modo fiat servitium de dedicatione. Ad utrasque vespas et ad laudes et ad omnes horas omnia fiant ut supra dictum est. Completorium vero [221r.] paschalis temporis non mutatur. Ad matutinas tres prime antiphone cum suis psalmis et V̄. et responsoria de primo nocturno dicantur cum tribus lectionibus de expositione evangelii Egressus Jesus perambulabat Hiérico. 2054.*

*Secunda die infra octavas antiphone, psalmi, V̄. et responsoria de ij. nocturno dicantur licet dominica fuerit.*

*Tertia die antiphone, psalmi, V̄. et responsoria de iij. nocturno, licet dominica fuerit.*

*Quarta die antiphone et psalmi, V̄. et responsoria de j. nocturno dicantur : et sic fiat per ceteras dies infra octavas cum lectionibus predictis.*

*Et si aliquod festum cum regimine chori infra has octavas intercurrat, deinceps non ordo dierum sed antiphonarum, versiculorum et responsoriorum servetur diebus sequentibus. Ita tamen quod dominica infra octavas lectiones legantur de expositione Evangelii secundum Lucam ut supra notatum est. [Omnis qui venit ad me. Omelia venerabilis Bede presbyteri. Homo sic.]<sup>96</sup> 2080.*

*Antiphone, psalmi et V̄. et responsoria secundum ordinem nocturnorum dicantur [tamen si dominica infra octavas non evenerit, tunc legatur dominicam Evangelium quarta feria].<sup>97</sup> Ita tamen quod tertium R̄. dicatur a duobus de superiori gradu in superpelliceis ad gradum chori et cetera ut postea dicitur.*

*In octava vero antiphone, psalmi et V̄. et responsoria sicut in prima die [dicantur]<sup>98</sup> :*

*cum expositione Evangelii [secundum Johannem, Facta sunt encénia. Omelia beati Gregorii pape. Encénia autem vocabántur solénnia dedicatiónis templi.]<sup>99</sup> ut sequitur in octava die. 2096. Invitatorium triplex et cetera omnia ut in octava patet.*

*Per estatem scilicet a Deus ómnium. usque ad adventum Domini : quotidie infra octavas dicuntur V̇. et responsoria secundum ordinem nocturnorum nisi in dominica infra octavas ut inferius patet et una antiphona super laudes dicitur.*

*He sequentes antiphone dicuntur per octavas dedicationis super psalmos Magnificat. et Benedictus.<sup>100</sup> vel ad memoriam de dedicatione cum de aliquo sancto<sup>101</sup> [cum regimine chori]<sup>102</sup> fit servitium : nisi in dominica infra octavas. [Nam quando fit servitium de aliquo sancto per octavas fiat solennis memoria de octava sive sit duplex festum sive non.]<sup>103</sup>*

AS:pl. z.; 1520:66r; 1531:221r.

1685. 1. Ant.  
IV.ii.



**B** Ene-dic \* Dómi-ne domum istam quam e-di-fi-cá-  
vi nómi-ni tu-o, ve-ni-énti- um in lo-co isto ex-áudi  
pre-ces in excél-so só-li- o gló-ri- e tu- e.  
*In tempore paschali finiatur cum*  
tu- e al-le- lú-ya. Amen.

AS:pl. z.; 1520:66v; 1531:221r.<sup>104</sup>

Ant.  
IV.i.




3691.


Ane sur-gens \* Ja-cob e- ri-gé-bat lá-pi-dem in



tí-tu-lum : fundens ó-le-um dé-su-per vo- tum vo-vit




Dó-mi-no, Ve-re lo-cus iste sanctus est et e-go



nes-ci- é-bam.

*In tempore paschali finiatur cum*



bam al-le-lú-ya. Amen.

AS:pl. z.; 1520:66v; 1531:221r.<sup>105</sup>

Ant.  
I.ii.




1730.

E-ne-díctus es in templo \* sancto gló-ri- e tu- e



quod e-di- fi-cá-tum est ad lau-dem et gló-ri- am nó-mi-nis

In festo dedicationis ecclesie.



tu- i Dómi-ne.

*In tempore paschali finiatur cum*



ne al-le- lú-ya. Amen.

AS:pl. z.; 1520:66v; 1531:221r.<sup>106</sup>

XXXX.

Ant.  
Ii.




Unda-méntum á-li- ud \* nemo po-test póne-re pre-



ter il-lud dé-nique quod po-si-tum est a Christo Dómi-no.

*In tempore paschali finiatur cum*



no al-le- lú-ya. Amen.

AS:pl. z.; 1520:66v; 1531:221r.<sup>107</sup>


202059.

Ant.  
VI.



Ec aula \* accí-pi- et De-o grá-ti- am be-ne-dic-ti-

In festo dedicationis ecclesie.



ó-nis et mi-se-ri cór- di- am a Chris- to Je-su.

*In tempore paschali*



Je-su al-le-lú-ya. Amen.

AS:pl. A.; 1520:67r; 1531:221r.<sup>108</sup>

Ant.  
I.v.




3219.

N de-di-ca-ti- óne \* hu-jus templi laudá-te De- um




omnis mi-lí-ti- a ce-ló- rum : et om-nis ter-ra laudet no-



men Dó-mi- ni qui- a ex-al-tá-tum est nomen e-jus só-li- us.


*In tempore paschali*



só-li- us al-le- lú-ya. Amen.

AS:pl. A.; 1520:67r; 1531:221r.<sup>109</sup>

7. Ant.  
IV.ii.




2912.

Undaménta \* templi hu- jus sa-pi- énti- a su- a




In festo dedicationis ecclesie.



fundá-vit De-us in quo Dómi-num ce-li col-láudant  
ánge-li súbru-ant ven-ti et flu-ant flúmi-na : non pos-  
sunt e-a mo-vé-re unquam fundá-ta e-nim e-rat supra  
petram.



*In tempore paschali*



petram al-le-lú-ya. Amen.


AS:pl. A.; 1520:67r; 1531:221r.<sup>110</sup>

xxxxx. Ant.  
III.i.




X-úrgat De-us \* ad nostri fa-mu-lá-tus obsé-  
qui-um et in lo-co sancto e-jus fi-at be-ne-dic-ti-ó-nis

In festo dedicationis ecclesie.



augmén-tum.

*In tempore paschali finiatur cum*



tum al-le-lú-ya. Amen.

AS:pl. A.; 1520:67v; 1531:221r.<sup>111</sup>

Ant.  
I.v.



XXXX.

Ui re-gis \* Isra- el in-tén-de su-per domum istam :



qui de-dú-cis ve-lut o-vem Jo-seph auge in e- a be-ne-




dic-ti-ó-nem tu-am qui se-des su-per ché- ru-bin : ex-áu-



di pre-ces súppli-cum in e- a ti-bi confi-ténti- um.


*In tempore paschali finiatur cum*



um al-le- lú-ya. Amen.


AS:pl. A.; 1520:67v; 1531:221r.<sup>112</sup>

1684. Ant.  
VII.ii.



**B** E-ne-dic \* Dó-mi-ne domum istam quam e-di-fi-  
cá-vi nó-mi-ni tu-o : ut sint ó-cu-li tu-i a-pér-ti su-per  
e-am di- e ac nocte.

*In tempore paschali*



te al-le-lú-ya. Amen.


AS:pl. A.; 1520:67v; 1531:221r.<sup>113</sup>

4198. Ant.  
VIII.i.



**B** R-na-vé-runt \* fá-ci-em templi co-ró-nis áu-  
re-is : et de-di-ca-vé-runt al-tá-re Dó-mi-no.

*In tempore paschali*



no al-le-lú-ya. Amen.

*Et dicuntur predictae antiphonae per ordinem etiam in die lune.*

*Nulla fiat memoria per totam octavam de cruce, de sancta Maria nec de omnibus sanctis quia chorus regitur videlicet si per estatem scilicet a Deus ómnium. usque ad adventum vel ab octavis epyphanie usque ad lxx. vel in tempore paschali usque ad ascensionem Domini contigerit nisi aliquod festum sine regimine chori intercurrat. Tamen in tempore natalis Domini usque ad purificationem fiat solennis memoria de sancta Maria et ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini fiat solennis memoria de resurrectione.*<sup>114</sup>

¶ *Ad omnes horas [antiphone]<sup>115</sup> capitulum et R̄. et V̄. cum oratione sicut in die dicantur.*

*Ad vespervas ant. Domum tuam. 2060.*

*Ps. Credídi. (cxv.) [320]. et ceteri psalmi sicut in die ad ij. vespervas.*

*Capitulum. Hec est domus Dómini [firmiter edificata. ut supra].<sup>116</sup> 2070.*

*Hymnus. Anguláre fundaméntum [lapis Christus missus est.]<sup>117</sup> 2062.*

*V̄. Beáti qui hábitant [in Domo. ut supra].<sup>118</sup> 2070.*

*Antiphona super psalmum Magnificat. ut supra. 2084-2090.*

*Oratio. Deus qui ecclésiam tuam. 2065.*

¶ *Hic ordo servetur quotidie infra octavas ad vespervas nisi in dominica scilicet ad primas vespervas tantum.*

*Si dies dominicus infra octavas contigerit totum servitium fiat de dedicatione hoc modo.*

*Ad primas vespervas super psalmos hec sola antiphona Domum tuam. 2043. ps. Credídi. (cxv.) [320]. et ceteri psalmi ut supra in die.*

*Capitulum. Vidi civitátem [sanctam Hierúsalem. ut supra in primas vespervas].<sup>119</sup> 2019.*

*Non dicitur R̄.*

*Hymnus. Urbs beáta Hierúsalem. 2036.*

*V̄. Domum tuam [Dómine].<sup>120</sup> 2038.*

*Ant. Sanctificávit [Dóminus tabernáculum].<sup>121</sup> 2038.*

*Ps. Magnificat. 53\*.*

*Oratio. Deus qui ecclésiam tuam. [ut supra].<sup>122</sup> 2065.*

[221v.] *Memoria de dominica et de Trinitate : et processio ante crucem sive nova hystoria inchoanda fuerit sive non : nisi [quando]<sup>123</sup> aliquam dominicam omnino oporteat differri. In introitu chori : de sancta Maria.*

*Ad matutinas tota cantetur hystoria sicut in prima die. Lectiones ut preintitulatur. [Lectio prima. Natálem templi hujus. 2078. Evangelium secundum Lucam. Omnis qui venit. Omelia venerabilis Bede presbyteri. Homo autem hic domum.]<sup>124</sup> 2080.*

*Ad laudes una sola antiphona dicatur.*

*Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octavas.*

*Ad ij. vespas omnia fiant sicut in prima die : preter R̄. quod non dicetur : cum oratione Deus qui ecclésiam tuam. 2065.*

## ¶ *In octava die [dedicationis].*<sup>125</sup>

*Ad j. vesp̄as super psalmos ant. O quam metuendus [est locus iste].*<sup>126</sup> 2034. *psalmi feriales. Capitulum, R̄. et cetera omnia sicut in prima die ad primas vesp̄as, cum hac oratione Deus qui nobis per singulos [annos].*<sup>127</sup> 2039. *Ita tamen quod R̄. dicatur a duobus de superiori gradu in capis sericis ad gradum chori.*

*Ad matutinas et ad laudes omnia fiant sicut in prima die more festi ix. lectionum.* 2023. *Invitatorium triplex ut predictum est in octavis epyphanie dicatur.*

*Lectio j. (Bede omelia 20. libri 2. post medium.)*<sup>128</sup>



Ongruum videtur fratres solennitati quam colimus, de edificatione templi aliqua commemorare : et quam decenter ornatus illius, ecclesie significationi conveniat indagare. Narrat ergo scriptura, quia precipit Salomon, ut tollerent lapides grandes et preciosos in fundamentum templi : et quadrarent eos. Lapidus grandes et preci-

osi qui in fundamento locati, totum onus templi sibi superimpositum portant : eximios sancte ecclesie doctores insinuant, grandes nimirum excellentia meritorum, preciosos claritate signorum. Qui ab ipso Domino verbum audientes : totam crescentis ecclesie fabricam, sua predicatione genuerunt.

*Lectio secunda.*

**F**undamentum in sacra scriptura : Christus appellatur. In quo lapides grandes et preciosi qui templum omne gestarent sunt positi : quia per ipsum ad propagandam toto orbe ecclesiam, et prius patriarche ac prophete, et postmodum sunt apostoli instructi. Qui quo artius ejus amori inherabant : eo fortius sectatores suos in edificatione celesti sustentabant. Quos videlicet lapides rex quadrari precipit : ut magistros

ecclesie composites moribus et immobiles animo esse debere signaret. Sicut enim quadratum quacunque vertitur parte stat : ita vita perfectorum nullis tentationum impulsibus a sua stabilitate dejici novit. Erat autem predictum templum de marmore Pario (qui est lapis albus) extructum : ut candorem ecclesiastice castitatis exprimeret. Habebat vero sexaginta cubitos in longitudine, et viginti in latitudine : et triginta in

altitudine.

*Lectio tertia.*

**L**ongitúdo templi fidem sancte  
ecclésie désignat : per quam  
longanímiter pravórum advérsa tóle-  
rat. Latitúdo charitátem : qua ipsa  
intus per víscera pietátis spaciátur.  
Altitúde spem qua propter bona que  
per charitátem operátur : celéstis vite  
prémia expéctat. Et bene longitúdo  
senário número exprimitur : quia eo  
bonórum óperum perféctio designári  
solet. Bene étiam latitúdinis templi  
vigínti sunt cúbiti : quia géminum est  
precéptum charitátis, qua ecclésia in  
tribulatióne dilatátur. Trigínta autem  
in altitúdine sunt cúbiti : quia omnis  
electórum spes, ad visiónem Sancte

Trinitátis quantum valet se exercéndo  
prepárat. Sex ígitur ad fidei longa-  
nimitátem, tria ad celsitúdinem spei,  
duo pértinent ad latitúdinem amóris :  
quibus totum ecclésie statum pérfici  
constat. Per denárium vero qui per-  
féctus est número, síngula hec mul-  
tiplicántur : ut múltiplex ejúsdem  
perféctiōnis augméntum figuráte de-  
nunciétur. Et hec mensúra inferioris  
templi : super quod cenáculum ejús-  
dem longitúdinis, latitúdinis et alti-  
túdinis surgébat. Super hoc vero  
nichilóminus áliud cenáculum ejús-  
dem longitúdinis et latitúdinis : sexa-  
gínta cubitórum altitúdinis eminébat.

*Lectio iiij.*

**F**actus est vero médius páries in  
templo de tábulis cédrinis vi-  
gínti cubitórum altitúdinis : qui divi-  
deret oráculum id est sanctum sanc-  
tórum a prióre parte templi. Erátque  
oráculum vigínti cubitórum longitú-  
dinis. Porro ipsum templum pre fó-  
ribus oráculi quadragínta cubitórum :  
in quo erant mense et candelábra de  
auro. Sed et altáre áureum prope  
óstium oráculi : ut incénso in eo  
thymiamáte,<sup>129</sup> vapor fumi ascéndens

operíret oráculum ubi erat archa tes-  
taménti super que erant<sup>130</sup> chérubin [222r.]  
glórie obumbrántia propitiatórium.  
Prior ergo domus présentis ecclésie  
statum : intérior vite celéstis ingrés-  
sum désignat. Unde recte in prióri  
mensa et candelábra sunt facta : quia  
in hac vita lúmine sacrárum scriptu-  
rárum et refectiōne sacramentórum  
celéstium opus habémus. In futúra  
autem : talibus subsidiis non egémus.

*Lectio v.*

**A**ltáre áureum munda significat sanctórum corda, desideriórum spirituálium aromátibus reférta : incéndio contínui amóris flagrántia. Archa testaménti que intra velum erat : natúram humanitátis Christi désignat. Urna manne : plenitúdinem divinitátis. Virga Aaron : inviolábilem poténtiam sacerdotii ejus. Tábule testaménti : quia ipse est qui legem dedit. Erat quoque pórticus ante templum, vigínti cubitórum longitudinis, et

decem cubitórum latitúdinis : habens óstium contra óstium templi ab oriénte. Hec pórticus illam sancte ecclesie plebem désignat, que Domínice incarnatiónis témpora precéssit : nec tamen ab ejúsdem incarnatiónis fide vácuá remánsit. Hoc est enim óstium pórticus contra óstium templi esse ad ortum solis : fidem pópuli prióris de Christo eándem esse que sequéntis. Tu.

*Lectio vj.*

**U**nde bene in eádem pórticu due colúmne éree mirándi óperis circa templi óstium narrántur esse statúte : et his capitélla quasi ópere lílii superimpósita. Colúmne enim ante óstium templi stabant : quia nostri Redemptóris advéntum doctóres egrégii precessérunt. Una autem colúmna a dextris óstii, áltera a sinístris stabat : quia et pópulo Israel qui tunc et divína fide et charitáte calébat, incarnatiónem sui Redemptóris futúram precinébant, et nichilóminus géntibus que adhuc quasi ad aquilónem pósite, perfidies frigóre torpébant, ejúsdem Redemptóris <sup>131</sup>

ingréssum pandéndum esse predicábant. Capitélla autem colúrnarum quasi ópere lílii fabricáta erant, quia tota predicationis eórum summa de claritáte perpétue beatitúdinis insónuit, ejúsqe vidéndam glóriam suis auditóribus repromísit : qui etérnus ante sécula Deus existens, homo factus est in fine seculórum. Auri enim rubor in candóre : exprimit fulgórem divinitátis in hómine. Quem vidélicet hóminem et prius virtútibus clarum osténdit : et post mortem níveo incorruptiúnis splendóre vestívit. Tu autem Dómine.



¶ *Secundum Johannem, x. (22.) Lectio vij.*

**I**N illo tēpore, Facta sunt encēnia in Hierosólimis : et hyems erat. Et ambulávit Jesus in templo : in pórticu Salomónis. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

(19. 2. Libri.)<sup>132</sup>

**E**ncēnia vocabántur solēnnia dedicationis templi : que pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos síngulos celebráre consuēverat. Quorum vestigia nos hódie juxta morem Christiáni orbis sequétes : ánnuam dedicatiónis ecclēsie nostre diem divínis láudibus et vigíliis stu-

dúimus ágere solēnnem. Et hanc nos festivitátem eo majóre devotióne celebráre opórtet : quo eam Redemptóri nostro esse gratíssimam cognóvimus, ádeo ut in illa templum ipse ingrēdi et sermónem fácere ad pópulum, ac divinitátis sue sacraméta pándere dignátus sit. Si ergo ambuláre vóluit Dóminus in templo, in quo caro et sanguis brutórum animálium offerebátur : multo magis nostram oratiónis domum ubi carnis ipsíus, ac sánguinis sacraméta celebrántur visitáre gaudébit.

*Lectio octava.*

**S**I perambuláre non despéxit Dóminus pórticum in qua rex quondam mortális ac terrénus, quamvis potentíssimus ac sapientíssimus ad orándum solébat stare : quanto magis penetrália córdium nostrórum invísere, atque illustráre desíderat, si tamen ea pórticum Salomónis esse, hoc est si ea timórem suum quod est inítium sapiéntie habére perspéxerit ? Neque enim putándum est quia domus solúmmodo in qua ad orándum vel ad mystéria celebránda convénimus templum sit Dómini : et non ipsi qui in nómine Dómini convé-

nimus, multo ámplius templum Dei appellémur et simus. Si ergo templum Dei sumus fratres : curémus [222v.] solérter et bonis satagámus áctibus, ut in eódem suo templo sépius ipse et veníre et mansiónem fácere dignétur. Caveámus hýemis exéplum : ne vidélicet corda nostra Dóminus advéniens, a charitátis ardóre torpéntia repériat, ideóque ea cítius aversátus relínquat. Quid enim pertínuit ad Evangelístam hýemis tempus commemoráre, nisi quia duríciam perfidie Judeórum per asperitátem aurárum vóluit designáre brumálium ?

*Lectio ix.*

**C**ircundemus et nos fratres charíssimi Christum, non sicut Judéi insídiis appeténdo : sed ut fidelíssima domus ejus, plácitam illi in nobis sedem parándo, de quibus mérito dicátur, Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus, Deus in médio ejus non commovébitur. Petámus eum non (ut illi) vesaniéndo, Quoúsque ánimam nostram tollis ? Si tu es Christus, dic nobis palam : quid enim vesánius, quam et Magístrum veritátis ídeo sibi ánimam tóllere quereréntur : quia non eis incredúlis et contradicéntibus apérte sue majestátis archána reserávit : sed ut scriptúra ádmonet, sentiéndo de illo in bonitáte, et in simplicitáte cordis queréndo illum : quóniam invénitur ab his qui non tentant illum, appáret autem eis qui fidem habent in illum. Dicámus ei súpplíces, quia tu es Christus Fílius Dei. Te Fílium Unigénitum Patri et Spirituisáncto coetérnum esse et consubstantiálem in divinitáte : te nostre substántie

partícipem ex témpore factum esse cognóvimus. Da ut quod ínterim pia fide venerámur plena in futúra visióne speculémur. Hec est enim única ánime nostre salus et vita : tuum perpétuo vultum, tuam cérnere lucem. Nec dubitándum quia rogántes exáudiet nos, quando quod ipse precépit rogámus : et quod dare ipse desíderat, inténta mente póscimus. Quómodo enim pie supplicántibus fámulis negáre credéndus est bona, que étiam rebéllibus ultra quam petébant aperíre non rénuit ? Qui cum illum an homo Christus esset interrogárent : ipse eis non hómínem tantum, sed etiam Deum Christum, et Dei Fílium se esse non tácuit. Respóndit eis dicens, Loquor vobis : et non créditois. Opera que ego fácio in nómine Patris mei : hec testimoniúm pérhibent de me. Sed vos non créditois : quia non estis ex óvibus meis. Tu autem Dómine [miserére nostri].

**¶** *Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octavas.*

*Ad secundas vesperas omnia fiant sicut in prima die ad secundas vesperas preter responsorium quod non dicitur, cum hac oratione Deus qui nobis per singulos annos. 2039. et cetera.*

¶ Finis officiorum Dominicalium.

¶ Sic codices hujus partis jungendi sunt.<sup>133</sup>

**a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z : & . ꝑ. Ꝓ. ꝓ. Ꝕ.**

Notes, pages 2034-2098.

- <sup>1</sup> In BL-52359. the 'allelúyas' for Eastertide this feast appear on f232v. The 'allelúyas' for Eastertide in the antiphons and responsories for this feast do not appear in in PEN BL-52359.
- <sup>2</sup> 1520:58v.
- <sup>3</sup> AS:pl. p. indicates '*In tempore paschali post Glória Patri repetatur Allelúya.*' In 1520:59r. 'in' is set CD; 'evigilásset' ends on C.
- <sup>4</sup> In HS-1525:66v. (British Museum), v. 3, at 'Nómine' the middle note F has been deleted and G put in its place. The 'Amen' is taken from PHM:45.
- <sup>5</sup> AS:pl. q. indicates B, throughout.
- <sup>6</sup> 1520:59v.
- <sup>7</sup> In 1520:59v. 'clemencia' is set ED.FGED.FDD.CD.D; 'Allelúya' is likewise set Ed.FGED.FDD.CD.D. In BL-52359:227r. 'solennia' is set D.EFGGFEDFD.Cd.D; 'eam' is set DE.D; 'clemencia' is set ED.FGEDFDD.Cd.D. PEN:156r. omits 'cúrrite' and its music, leaving a space; 'solennia' is set D.EFGGFEDFD.Cd.D; 'eam' is set DE.D; 'clemencia' is set ED.FGEDFDD.CD.D.
- <sup>8</sup> 1520:59v.
- <sup>9</sup> BL-52359:227r. has 'scalam Jacob', set G.G A.CB.
- <sup>10</sup> In 1520:60r. the entire antiphon except for 'sanctus est' is set a third lower.
- <sup>11</sup> *Augustini* in *Appendic Sermo ccxxix. Opera v. 2937*, ed. Paris. 1838. [SB:mcccclii.]
- <sup>12</sup> In AS:pl. r. 'cantábat', set ACBCDC.AF.GAGEG, replaces 'decantábat'. 1520:60r. has 'super altáre Dómino' In BL-52359:227r. there is no flat at 'templi'; 'pópulus' is set G.GEG.GAFEFGE. In PEN:156v. 'templi cantabat' is set ACBCDC.AF AF.GAGE.GAGE.FG.
- <sup>13</sup> 'agnoscens' *Legenda* 1518. [SB:mccccliii.]
- <sup>14</sup> 'quod quidam . . .' *usque ad finem lectionis non habet Leg.* 1518. [SB:mccccliii.]
- <sup>15</sup> In 1520:60v. 'vérticem' is set FECD.DD.FGEFE. In BL-52359:227v. 'vérticem' is set FFEC.D.FGEFE; 'super omnes' is set DE.D Fe.FGF. In BL-52359:232v. 'Allelúya' is set DFe.CFED.DFGEFe.ED.
- <sup>16</sup> 1531:216r. indicates '*In tempore paschali finiatur cum Allelúya, allelúya.*'
- <sup>17</sup> In 1520:60v. a barline and initial capital at 'Et ego' suggests the possibility of an abbreviated restatement of the responsory ending following the  $\mathcal{V}$ . 'Glória Patri.' AS:pl. s. indicates '*In tempore paschali post Glória Patri. repetatur Allelúya. ij.*' In BL-52359:227v. 'et ego nesciébam' is set FFF FGFF.ED FE.FG.GAGF.GFE. In 1520:61r. 'nesciébam' is set FE.FG.GAGFG.FE.
- <sup>18</sup> 1520:61r.
- <sup>19</sup> 1520:61r.
- <sup>20</sup> AS:pl. s. has no flat.
- <sup>21</sup> 1520:61r.
- <sup>22</sup> *Augustini* in *Appendice Sermo ccxxxi. Opera v. 2944.* [SB:mcccclv.]
- <sup>23</sup> 'a partibus Ethiopia . . . austri venit' *non habet Leg.* 1518. [SB:mcccclv.]
- <sup>24</sup> In 1520:61v. 'istum' is set CBCDAB.AG; 'excélso' is set EG.FEF.DFCDFEFED. BL-52359:228r. has no flat.

- <sup>25</sup> 1520:61v.
- <sup>26</sup> 'viri' *Legend.* 1518. [SB:mcccclvi.]
- <sup>27</sup> 'tandem' *Leg.* 1618. [SB:mcccclvii.]
- <sup>28</sup> In BL-52359:228r. 'et porta celi' is set DFFEDF C.DF FGFEFEDCDEFEF.ED. PEN:157v. has no music for 'vere'; 'et porta celi' is set DFFEDF.
- <sup>29</sup> 1520:61v.
- <sup>30</sup> 'inquam' *Chevallon. et Leg.* 1518. [SB:mcccclvii.]
- <sup>31</sup> 'peruenit' *Leg.* 1618. [SB:mcccclviii.]
- <sup>32</sup> AS:pl. t. indicates '*In tempore paschali post Glória Patri. repetatur Allelúya.*' In BL-52359:228v. 'Dómine' is set F.EGFF.EF; 'seculórum' is set F.G.FEDE.ED. In PEN:157v. 'Dómine' is set FGFF.FDFGFEF.FE; 'in innocéntia' is set D F.GA.GF.EF.ED.
- <sup>33</sup> 1520:62r.
- <sup>34</sup> In 1520:62r. 'celi' appears to be set GA.BGA.
- <sup>35</sup> 1520:62r.
- <sup>36</sup> In BL-52359:228v. 'custódiat' is set G.G.A.GF. In PEN:157v. 'custódiat' is set G.A.G.GF.
- <sup>37</sup> 1520:62r.
- <sup>38</sup> In BL-52359:228v. 'et exaltáta' is set GF G.A.C.C.
- <sup>39</sup> 1520:62v. This ending is a cue for the pneuma. In AS:pl. v. 'colles' is set A.GF.
- <sup>40</sup> 1520:62v.
- <sup>41</sup> *Bede* in Luce Evangelium, cap. xix. Lib. v. cap. 77. *Opera* v. 398. [SB:mcccclix.]
- <sup>42</sup> In BL-52359:228v. 'tui' is set GABAGA.AGABA; 'viam' is set CDB.CD; 'da' is set GAGE. In 1520:62v. 'ámbulent' is set DCB.CBAGAGAGFG.GF.
- <sup>43</sup> 1520:62v.
- <sup>44</sup> 'secum', 1531:217r. 'cecum', SB:mcccclx.
- <sup>45</sup> 'rapti', 1531:217r. 'raptim', SB:mcccclx.
- <sup>46</sup> 'tam' *Chevallon. et Leg.* 1518. [SB:mcccclx.]
- <sup>47</sup> In BL-52359:229r. 'omnes; is set DEFG.GFED.
- <sup>48</sup> 1520:63r.
- <sup>49</sup> 'non baptizatum ante prandium' *Beda.* [SB:mcccclxi.]
- <sup>50</sup> AS:pl. w. indicates '*In tempore paschali post Glória Patri repetatur Allelúya.*' In BL-52359:229r. the sedonc 'domus' is set FGAG.A; 'oratiónis' is ste A.A.AGAFGFED.EDFED.FGA; 'dicit' is set CDFGFEDFGA.AGAFGFE; 'omnis' is set ABᵇGG.F; et is set ACCBᵇA; 'querit' is set ACCBᵇABᵇ.BᵇA; 'invénit' is set AGGFEEDFGAAGFGA.FED.DFGGF; the second syllable of 'pulsánti' omits the final DC.
- <sup>51</sup> 1520:63v.
- <sup>52</sup> In AS:pl. w. 'petram allelúya.' appears to be set GF Fd.FG.G.G. In BL-52359:229v. 'domus Dómini' is set GE.G F.E.D.
- <sup>53</sup> In BL-52359:229v. 'preciósi' is set F.E.D.DF; 'muri tui' is st F.FE DF.FC; 'Hierúsalem gemmis' is set FG.A.GF.FG CDFFG.F.

- <sup>54</sup> Although 1531:217v. has in stanza 2. 'canóro', most Sarum sources have 'canóre'.
- <sup>55</sup> AS:pl. x. indicates '*Hec antiphona terminetur cum Allelúya. semper nisi inter septuagesima et pasche.*' but does not provide the ending that omits 'Allelúya.' In 1520:64r. 'hódie' is set E.F.G.G; dómui' is set CBA.B.C. The final melisma on 'est' is a cue to sing the pneuma. It does not appear in AS:pl. x. In BL-52359:229v. 'dómui' is set with only two neumes, CBA.BC.
- <sup>56</sup> 1520:64v.
- <sup>57</sup> 1520:64v.
- <sup>58</sup> In BL-52359:230r. 'longitúdinem' is set F.F.F.F.F.
- <sup>59</sup> 1520:64v.
- <sup>60</sup> 1520:64v.
- <sup>61</sup> 1520:65r.
- <sup>62</sup> 1520:65r.
- <sup>63</sup> 1520:65r.
- <sup>64</sup> 'Unusquísque autem', 1520:65r.
- <sup>65</sup> 1520:65r.
- <sup>66</sup> 1520:65r.
- <sup>67</sup> 1520:65r.
- <sup>68</sup> 1520:65v.
- <sup>69</sup> 1520:65v. 'quotídie' which immediately precedes seems redundant, and may properly belong begin this sentence.
- <sup>70</sup> SB:mcccclxvii. has 'hómine' with the note "'hodie' *Chevallon.* 'die' *Legend.* 1538: 'lumine' *legendum putat vir rev. E. Atkinson, S.T.P.*" Standard editions of Maximus have 'témpace'.
- <sup>71</sup> 'deprecantium' *Chevallon.* [SB:mccccclxix.]
- <sup>72</sup> 'regnantes et eorum' *Port.* 1519, 1525-0, 1613-4. 'rognantium' *Port.* 1557. [SB:mccccclxix.]
- <sup>73</sup> 'in tentationibus' *Leg.* 1518. [SB:mccccclxx.]
- <sup>74</sup> 'solennitates prout . . . corpore solenniter et venerabiliter' *Legend.* 1518. [SB:mccccclxx.]
- <sup>75</sup> Cf. Bede *Homiliam in Dedicatione Ecclesie*, Op. vii. 174. [SB:mccccclxx.]
- <sup>76</sup> 'pctā', 1531:219r. 'peccáta', SB:mccccclxxii.
- <sup>77</sup> 'Et merito' *non habet Leg.* 1518. [SB:mccccclxxiv.]
- <sup>78</sup> 'cognoscamus' *Chevallon.* [SB:mccccclxxv.]
- <sup>79</sup> 'qui in' *Chevallon.* [SB:mccccclxxvi.]
- <sup>80</sup> 'sibi' *Chevallon.* [mccccclxxvi.]
- <sup>81</sup> 'Sic' *Legend.* 1518. [SB:mccccclxxvii.]
- <sup>82</sup> 'habitabo' *Leg.* 1518. [SB:mccccclxxvii.]
- <sup>83</sup> *Bede In Dedicatione Altarium, Opera* vii. 171. [SB:mccccclxxvii.]
- <sup>84</sup> 'immo' *Leg.* 1518. [SB:mccccclxxviii.]
- <sup>85</sup> 'externorum' *Beda.* [SB:mccccclxxviii.]
- <sup>86</sup> 'Etsi', SB:mccccclxxviii.
- <sup>87</sup> 'Etsi', SB:mccccclxxviii.

- <sup>88</sup> 'inseparables' *Chevallon*. [SB:mcccclxxix.] 'insuperábiles', *Legend*. 1518:209r.  
<sup>89</sup> 1520:65v.  
<sup>90</sup> 1520:65v.  
<sup>91</sup> 1520:65v.  
<sup>92</sup> 1520:65v.  
<sup>93</sup> 1520:65v.  
<sup>94</sup> 'festo', 1520:65v.  
<sup>95</sup> 1520:66r.  
<sup>96</sup> 1520:66r.  
<sup>97</sup> 1520:66r.  
<sup>98</sup> 1520:66r.  
<sup>99</sup> 1520:66r.  
<sup>100</sup> 'Benedíctus. et Magníficat.', 1520:66r.  
<sup>101</sup> 'Festo' legendum putavit C Seager. [SB:mcccclxxxii.]  
<sup>102</sup> 1520:66r.  
<sup>103</sup> 1520:66r.  
<sup>104</sup> In 1520:66v. 'Mane' is set D.F; In AS:pl. z. 'fundens' is set CD.F. The flat appears in BL-52359:230v.  
<sup>105</sup> In 1520:66v. the psalm-tone appears a third lower. In BL-52359: 'edificátum' is set F.F.FD.E.D; 'et' is set D; 'nóminis' is set F.F.EF.  
<sup>106</sup> 1520:66v. omits the flat. BL-52359:230v. has 'id dénique', set EF G.F.AGAB<sub>2</sub>A; 'pósitum' is set A.G.F.  
<sup>107</sup> 'a Christo Domino.' *Portiforia*. [SB:mcccclxxxiii.] 1520:66v. has 'accipiet a' set F.G.F.G GA. BL-52359:230v. has 'accipiet a' set FG.F.G GAG; 'grátiam benedictiónis' is set FGAB<sub>2</sub>.AG.G G.GB<sub>2</sub>.B<sub>2</sub>A.GF.G.F; 'misericórdiam' is set F.F.F.FAB<sub>2</sub>.AG.AG.G; 'Christo' is set FGAB<sub>2</sub>.AG.  
<sup>108</sup> In BL-52359:230v. 'Deum' is set DF.E; the second 'omnis' is set AGG.F; 'Dómini' is set FGA.FED.DF; 'exaltátum' is set F.F.FG.F.  
<sup>109</sup> In BL-52359:230v. 'Fundaménta templi' is set C.C.Eg.G G.A; 'venti et flúmina' is set DF.EFDDC C DF.F F.F.EFDDC; 'enim erat' appears to be set A.A EF.?. In BL-52359:230v. the psalm-tone is IV.i.  
<sup>110</sup> In AS:pl. A. '-tum allelúya.' is set ED FE.FG.G.G. but this is the wrong mode.  
<sup>111</sup> In BL-52359:231r. 'super domum' is set F.FE DC.EFE.  
<sup>112</sup> In 1520:67v. 'sint' is set FAC. In BL-52359:231r. 'apérti' is set A.CD.D.  
<sup>113</sup> In 1520:67v. Dómino' (without 'allelúya') is set CB.AG.G.  
<sup>114</sup> 'Nulla fiat memoria per totas octavas quia chorus regitur nisi per estatem scilicet a Deus ómnium. usque ad adventum Domini hoc festum contigerit nisi aliquid festum vel octavam cum regimine chori intervenerit, in tempore pasche vero fiat memoria de resurrectione ut ubi notatum est et ab octavis sancti Stephani usque ad purificationem fiat memoria de sancta Maria ut ibidem notatum est. *R̄*. et versiculi cum oratione sicut in die.', 1520:67v.

<sup>115</sup> 1520:68r.

<sup>116</sup> 1520:68r.

<sup>117</sup> 1520:68r.

<sup>118</sup> 1520:68r.

<sup>119</sup> 1520:68r.

<sup>120</sup> 1520:68r.

<sup>121</sup> 1520:68r.

<sup>122</sup> 1520:68r.

<sup>123</sup> 1520:68r.

<sup>124</sup> 1520:68r.

<sup>125</sup> 1520:68r.

<sup>126</sup> 1520:68r.

<sup>127</sup> 1520:68r.

<sup>128</sup> *Bede* Homilia in Dedicatione Altarium, *Opera* vii. 172. [SB:mcccclxxxv.]

<sup>129</sup> 'thimiamáthe' *Chevallon*. 'thimiamáte' *Leg.* 1518. [SB:mcccclxxxvii.]

<sup>130</sup> 'superque eam' *Leg.* 1518. [SB:mcccclxxxvii.]

<sup>131</sup> 'redemptionis' *Leg.* 1518. [SB:mcccclxxxviii.]

<sup>132</sup> *Bede* Homilie Estivales de Sanctis, *Opera* vii. 174. Cf. *ejusdem* in Evangelium Joannis cap. x. *Opera* v. 545. [SB:mcccclxxxix.] 'Omelia beati Gregorii pape. Encénia vocabántur solémnia dedicaciónis.', 1520:68r.

<sup>133</sup> [in libro nostro a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z : aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. kk. ll. mm. nn. oo. pp. qq. rr. ss. tt. uu. xx. yy. zz : aaa. in Registro Chevalloniano—] [SB:mcccxcxi.]